Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

BENEDICTI GVILIELMI ZAHNII
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
PERILLVSTRIS REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS SYNDICI
ET PRAETORII CENSVALIS REGISTRATORIS

# COMMENTATIO IVRIS PVBLICI
## DE
# IVRE COLLECTANDI
## IN GENERE
## SPECIATIM VERO
## DE
# IVRE COLLECTANDI
## REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS.

ALTORFII
TYPIS IOANNIS PAVLLI MEYERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

SACRI ROMANI IMPERII
PERILLVSTRIS AC LIBERAE
REIPVBLICAE
NORIMBERGENSIS
# SENATVI
SPLENDIDISSIMO
PERILLVSTRIBVS AC GENEROSISSIMIS
DOMINIS DOMINIS
DVVMVIRIS
TRIVMVIRIS
SEPTEMVIRIS
CONSVLIBVS
SENATORIBVS
PATRIAE PATRIBVS
BENIGNISSIMIS
DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS
GRATIOSISSIMIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

DEI OPTIMI MAXIMI
IN ADMINISTRANDA REPVBLICA
PRAESIDIVM INSIGNE FIRMVMQVE
PERILLVSTRIVM FAMILIARVM
SPLENDOREM PERENNEM
VITAE AD SEROS NEPOTES PRODVCENDAE
IVCVNDITATEM EXOPTATISSIMAM
CONSILIORVM SVCCESSVS FORTVNATISSIMOS
ET OPTIMA QVAEVIS ALIA
PIA MENTE PRECATVS
SPECIMEN HOC INAVGVRALE
HVMILLIME OFFERT
EORVMQVE GRATIAE AC PRAESIDIO
SE ENIXISSIME COMMENDAT

TANTORVM TAMQVE
PERILLVSTRIVM NOMINVM

OBSERVANTISSIMVS CVLTOR
BENEDICTVS GVILIELMVS ZAHN

# CONSPECTVS.

Collectarum et iuris collectandi
Definitio } Cap. I. §. 2. 3.
Synonyma }
Neceſſitas Cap. I. §. 3.
Finis Cap. I. §. 3.
Diviſio (Cap. I. §. 4.) in
I.) ordinarias,
A) imperiales
1) die Stadtſteuer Cap. II. §. 1.
2) die Burgſteuer ——— §. 2.
3) die Iudenſteuer und der goldene Opferpfenning. Cap. II. §. 3.
4) collationes ad ſenatum imperii (Reichsregiment) ſuſtentandum Cap. II. §. 4.
5) die Kammerzieler Cap. II. §. 5.
B) circulares.
die Kreisſteuern. Cap. III.
C) provinciales, earum
origo. Cap. IV. §. 1.
fundamentum in genere. §. 1.
referuntur inter regalia et habentur pro effectu ſuperioritatis territorialis. §. 2.
ius collectandi tribuitur ſtatibus imperii. §. 3.
his adnumerantur civitates imperiales. §. 4.
ergo etiam civitas Norimb. §. 5.
fundamenta, quibus in ſpecie nititur ius collectandi Norimbergenſe
I.) longaeva poſſeſſio. §. 6.
II.) privilegia. §. 7.
III.) leges imperii fundamentales. §. 8.
IV.) obſervantia, quae in terris univerſae Franconiae invaluit. §. 9.
V.) pacta cum vicinis inita. §. 10.
Reſpublica Norimb. exercet ius collectandi privative. §. 11.
Collectae imponuntur in utilitatem provinciae particularis etc. etc. §. 12.

*Collectae provinc. dividuntur (Cap. IV. §. 13.) in*

A.) *perſonales praeſtandas*

1) *a civibus ipſius civitatis Norimb. ſub nomine*
1) *des Burgergroſchens* | 2) *des Wachtgeldes* §. 14.

2) *ab incolis* §. 30.
*honoratioribus, das Schuzgeld.*
*in ſignificatu ſpecialiori ſic dictis, annuus cenſus.*

3) *a civibus atque incolis civitatum municipalium Nor. ſubditis et reliquis poſſeſſoribus praediorum ruſticorum unacum inquilinis in pagis degentibus*
*Harum collectarum.* (§. 31.)
*adminiſtratio.* § 32.
*aeſtimatio praediorum, libri cenſuales, reviſio etc.* §. 33.
*collectarum indictio* | *earum publicatio* §. 34.
*exactio* §. 35.
*ſpecies.* §. 36.
*Bedienten-Steuer.*
*Beſtändner-Steuer.*

B.) *reales ſ. patrimoniales* §. 13., *ſolvendas*

1) *a civibus ipſius civitatis Norimb.*
*cenſus ab aedibus et praediis, ſo nicht in der Bauern-Steuer liegen.* §. 17.
*das Standgeld ibid.*

2) *ab incolis.* §. 30.

3) *a civibus municipalibus etc. ſubditis Nor.* §. 13.
a) *die Simonis- und Judae-Steuer a praediis ipſis.* §. 40.
b) *die Capital-Steuer.* §. 41.
c) *die Vieh-Steuer. ibid.*

C.) *mixtae* §. 13. *praeſtandas*

1) *a civibus ipſius civitatis Nor.*
*Beſoldungs-Steuer und . . . . .* | *Unverzinsliches Amts-Vorleben.* §. 28.

2) *ab incolis.* §. 30.

3) *a civibus municipal. et ſubditis Nor.* §. 46.

II.) *Extraordinarias*

A.) *imperiales, generaliter,*

a) *quae ſingulis annis praeſtantur,* §. 6. *Cap. II.*
*die Römermonathe. ibid.*

b) *quae*

b) *quae in caſus repentinos ad tempus imperantur.* §. 7.
*contributiones ad debellandos Huſſitas indictae.*
*collectae ad defendendas et recuperandas provincias a Turcis invaſas, die Türkenſteuer.*
*ad extractionem etc. caſtrorum et fortalitiorum imperii.*
*ad bellum contra hoſtem communem gerendum.*
*ad ſumtus munus legationis imperialis obeuntibus ſuppeditandos.*
*ſpecialiter Norimberg.*

B.) *circulares. Cap.* III.

C.) *provinciales. Cap.* IV. §. 1.
A) *perſonales, praeſtandas*
1) *a civibus ipſis civitatis Norimb.* §. 14.
2) *ab incolis.* § 30.
3) *a civibus municipal. etc. et ſubditis Nor.* §. 31.
*die Extra-Bedienten-Steuer.* §. 37.
*die Quartal- oder Laurentii-Steuer. ibid.*
B) *reales ſ. patrimoniales.* §. 13.
1) *a civibus ipſis civitatis Nor. ſolvendas.*
*die Loſung.* § 16.
*huius origo. ibid.*
*diviſio.* § 17. *in*
*die Stadt-Loſung. ibid.*
*modus collectandi.* §. 18.
*conſcriptio civium. ibid.*
*convocatio Nominatorum. ibid.*
*publicatio. ibid.*
*praeſtatio ipſa. ibid.*
*moneta, qua utimur. ibid.*
*Loſungzettel.* §. 19.
*res praeſtationi obnoxiae. ibid.*
*modus computandi. ibid.*
*die Landloſung,*
*a quibus rebus et quantum ſolvatur.* §. 20.
*Immunitas a collectis.* § 21.
*Loſung-Reſtanten* § 22.
*Loſung-Rechnung* § 23.
*alius modus noviter introductus* §. 24.
*Celatio der Loſung, Loſungſchalkung.* § 25.
*Ius praelationis, ratione der Loſung.* §. 26.
*Loſung-Amt.* §. 27.
2) *ab incolis.* §. 30.

3) *de*

3) a civibus municipal. et ſubditis Nor. praeſtandas, quo pertinent §. 42.
collectae ex immobilibus
e rebus mobilibus, ſcil.
ſub denominatione der Quartal- oder Laurentii-Steuer ſolvendae. ibid.
das Quartier- oder Reutergeld etc. §. 43.
die Weegſteuer. §. 44.
collectae efflagitante neceſſitate interdum impoſitae. §. 45.

III.) Mixtas, penſitandas §. 29.
1) a civibus ipſius civitatis Nor., ſcil. tributa ſ. gabellae de rebus ad victum pertinentibus.
a) a potulentis
b) ab eſculentis,
vectigalia
a rebus tam ad mercaturam, quam oeconomiam ſpectantibus.
ab equis.
a charta ſignata.
2) ab incolis. §. 30.
3) a civibus municipalibus, ſubditis Norimb. etc. §. 46.
tributa a rebus ad victum pertinentibus,
a charta ſignata
das Chauſſée-Weggeld
contributio ad conſervationem ergaſterii etc.

Immunitas a praeſtatione collectarum hactenus enarratarum. §. 47.
Damno affectis vel prolongatio ſolutionis vel remiſſio conceditur. §. 48.
Qui in reſiduo ſunt
admonentur ad ſolutionem. §. 49.
adiguntur ad ſolvendum adhibitis remediis executivis. §. 50.
Ius exequendi. §. 51.
Exiguntur etiam collectae per ſubhaſtationem bonorum. §. 52.
Ius praelationis in concurſu creditorum. ibid.
Defraudatio collectarum eiusque poena. §. 53.
Quomodo ius collectandi et collectae amittantur. §. 54.
Remedia ad avertendam praeſcriptionem et conſervandum ius ſteurandi. §. 55.
Iuri collectandi ſine eſt ius detractus, die Nachſteuer. §. 56.
Turbationes, quibus ius collectandi Norimb. fuit interpellatum. §. 57.

SPECI-

# CAPVT I.

## DE COLLECTIS ET IVRE COLLECTANDI IN GENERE.

### §. I.

A propoſito meo, *ius collectandi* urbis patriae, civitatis liberae atque imperialis Norimbergenſis praecipue illuſtrandi, valde aberrarem, et cramben bis coctam recoquerem, ſi in repetendis notionibus generalibus de collectis earumque iure nimium longus eſſem, et materiam a Doctoribus paene exhauſtam prolixe tractarem. Ne itaque fines, quibus contineor, excedam, abſtinendo ab indagatione etymologiae, homonymiae et ſynonymiae collectarum, primaria tantum capita, quae potiſſimum huc faciunt, praemittam atque breviter exponam.

### §. II.

*Collectae* ſunt ſubſidia pecuniaria, quae in communem reipublicae ſalutem et ad onera reipublicae ſuſtinenda ab imperante iure perfecto indicuntur atque exiguntur.

Diſtinguunt nonnulli *tributa* et collectas, ita quidem, ut tributi nomine inſigniant illum cenſum, qui annuatim et ordinarie in certa quantitate praeſtari ſolet; *collectam* autem dicant pecuniam, quae neceſſitate tantum urgente in maiori vel minori quantitate a ſub-

ſubditis exigitur *). Sed huic diſtinctioni admodum ſubtili inhaerere nolo, utriusque potius vocabuli, aliorumque, quibus collectae indigitantur, promiſcuus mihi erit uſus. Vocem *ſteura* in medii aevi diplomatibus crebrius occurrentem e lingua vernacula petitam eſſe, dubitationi haud eſt obnoxium.

Cui in deliciis eſt, plura ſynonyma vera vel apparentia ex iure Romano, diplomatibus et legibus, Latina et Germanica, colligere, huic ſcriptores antiquiores de collectarum iure plena manu ſatisfacient.

*) vid. I. I. MOSER *von der Landeshoheit in Steuer-Sachen.* Cap. I. §. 4.

## §. III.

Cui competit poteſtas collectas indicendi et exigendi, ille gaudet *iure collectandi* ſive tributa imponendi ſive ſteurandi, *das Steuerrecht, Beſteurungsrecht.* Hoc autem ius imperantis eo nititur, ut ſine tributis impoſſibilis eſſet reipublicae adminiſtratio et conſervatio, et tam pacis quam belli tempore res et perſonae civium nunquam ſalvae forent. Praeterea ex ipſa collectarum definitione patet, ius collectandi non exercendum eſſe, niſi ex iuſta cauſa, neceſſitate ſcilicet et utilitate publica id exigente.

## §. IV.

Inter varias collectarum *diviſiones* inprimis memorabilis eſt diſtinctio illarum in ordinarias et extraordinarias. *Ordinariae* ſunt, quarum certa et annua eſt praeſtatio, vel quae ſtato tempore et quidem uniformiter praeſtantur. *Extraordinariae*, quae non ſingulis annis ſolvuntur, ſed neceſſitate urgente tantum imperantur. Collectae, tam ordinariae, quam extraordinariae iterum ſubdividuntur

a) in *imperiales*, quae ab Imperatore, ſtatuum imperii conſenſu et comitiali liberoque ſuffragio in legibus imperii *) ſtabilito, in conſervationem pacis publicae et totius imperii Romano-Germanici ſubſidium, univerſis, qui ei ſubſunt, indicuntur et ſub nomine *Reichsſteuer, Reichsanlage, Reichshülfe*, veniunt, ea tamen conditione, ut imperii ordines illas a ſubditis ſuis exige-

exigere poſſint, et porro in loca certa ab Imperatore deſignata, *in die Legſtädte* mittant.

b) *circulares*, quae pro circulorum plurium vel ſingulorum defenſione atque conſervatione imponuntur, et *Kreisſteuern* appellantur.

c) *provinciales* ſ. territoriales, *die Landſteuern*, quae a ſtatibus et aliis imperii membris in utilitatem et commodum territorii ſubditis imperantur.

*) in *Inſtrum. pacis Osnabrug.* art. 8. §. 2. atque *Capitulatione Caeſar. noviſſ.* art. V.

## CAPVT II.

## DE COLLECTIS IMPERIALIBVS.

### §. I.

Speciem collectarum imperialium I.) ordinariarum hodie conſtituunt 1) tributa, quae Imperatori Romano a civitatibus imperii, ſub nomine *der Stadt- oder Urbarſteuer, Reichsſteuer*, quotannis iam antiquiſſimis temporibus praeſtita ſunt. Mos antiquitus obtinuit, ut Imperatoribus et Regibus, qui Germaniae imperabant, ex bonis publicis imperii, vulgo domaniis (*Cammergüter, Tafelgüter,*) dictis, quotannis munera certa et ordinaria ad ſuſtentationem curiae imperialis vel regiae ſub titulo: *Königs- Reichs- Klauen-Steuer oder Viehzins*, itemque tributi, fodri, manſionatici, parodae, inferendorum, neceſſitate urgente, a Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus etc. qui tunc non proprio, ſed Imperatoris nomine, Ducatus, Principatus, Comitatus atque Baronias adminiſtrabant, et officiis ſuis non iure hereditario fungebantur, in publicis atque generalioribus comitiis, in recognitionem libertatis et protectionis ab Imperatore et imperio quaeſitae et praeſtandae, praeſentarentur. Sic legimus, Imperatoribus in caſtro Norimbergenſi degentibus ab officialibus, miniſterialibus aliisque ea, quae ad victum pertinebant, praeſtita fuiſſe; Butigularium mel, Wald-

 ſtrome-

ſtromeros feras, Viſchbeckios piſces, alios alia, quae in culinae uſum eſſent, attuliſſe, unde feuda culinaria originem traxiſſe videntur [a]).

Haec domania olim erant ampliſſima et conſiſtebant in terris, oppidis, villis, mineris, vineis, ſylvis etc. certis reditibus, tributis provinciarum, urbium cenſibus, vectigalibus etc. quae nomine regalium apud veteres memorantur [b]). Compendium, quod ex huiusmodi collectis ad Imperatorem redibat, maximi tunc erat momenti, ita, ut tempore Friderici Barbaroſſae proventus imperii annui fuerint ſexaginta tonnarum auri ex Germania et Italia collectarum ex civitatibus immediatis ex portatoriis, vectigalibus, teloniis, quae nondum erant in bonis Principum aut privatorum, ſed Imperatoris et imperii [c]). E tabulario Palatino SCHILTERVS [d]) monumentum protulit, in quo non ſolum civitates imperiales recenſitae ſunt, quae ſteuram hanc annuam perſolvunt, ſed et ſimul expoſitum, quantum ſingulae temporibus Ruperti Imp. exſolverint. Cum vero iam ſeculo XIV haec domania Imperatoris admodum imminuta fuiſſent, pedetentim hic reditus ita decrevit, ut ſuperiori ſeculo ad XV vel XX millia florenorum redactus eſſe dicatur [e]).

Vlteriorem imminutionem vero harum collectarum ſummam 10784 florenorum 32 crucig. facientium earumque conditionem praeſentem diſcimus ex reſponſo, quod Deputatio iudicii imperialis aulici Imperatori Franciſco I. occaſione capitulationis Caeſareae Ioſephi II. an. 1764. conditae, dedit, cuius verba haec ſunt [f]):
*„Was nun zuvorderſt die Stadtſteuer anbelanget, ſo ſind heutiges Tages noch ſehr wenige vorhanden; maſſen einige davon zu Leben verliehen, oder cum conſenſu imperii verpfändet - andere aber aus Kaiſerlicher Milde gewieſen Perſonen und ihren Familien zum Genuſs überlaſſen worden. Einige Reichsſtädte haben die Steuer ſich ſelbſt gekauft, oder ſind ſonſt davon eximirt worden, und findet ſich nicht, daſs ſie jemals etwas gezahlt hätten. Es haben daher ſchon weyland „Ihro Kayſerl. Mayeſt. nach angetrettener Regierung in alle Reichsſtädte reſcribiren laſſen, eine deſignation ihrer Steuer abfordern, und „wohin ſelbige bezahlt worden, die Auskunft begehren laſſen, mit dem „Befehl, daſs ſie ſothane Urbarſteuer hinführo ohne weitere Ruckfrage*

*„an*

„an die hieſige Kayſerliche Kammer zu entrichten hätten. Einige die„ſer verlohrnen Steuern ſind auch würklich dem Kayſerlichen Aerarium „wieder einverleibet worden, diejenigen aber, welche dermalen gangbar „ſind, betragen jährlich nicht mehr, als 10784 *fl.* 32 *Kr.*

Poſterioribus vero temporibus omnes fere huiusmodi collectae auſpicio Imperatoris Ioſephi II. eruebantur et recuperabantur, ita, ut hodie ſummam 13884 florenorum attingant, ceu patet *aus den zuverläſſigen Nachrichten von den Einkünften eines Römiſchen Kaiſers*, quas legimus in *diario politico Hamburgenſi* [g]).

Decrementum hoc inde exortum eſt, quod Imperatores nonnullis civitatibus hunc cenſum vel ex benignitate totum, vel precibus aut pretio inducti partem eius remiſerunt, et ceterarum portiones variis perſonis utendas fruendas contulerunt.

Civitates imperiales, quae ſibi eiusmodi immunitatem diverſis temporibus comparaverunt, recenſet KNIPSCHILD [i]) et LIMNAEVS [k]). Verum non omnes hac immunitate gaudent, ſed potius ad hunc usque diem quotannis ſummam pecuniae determinatam Imperatori praeſtare tenentur, quamvis ſimul etiam aliae collectae e. gr. *die Römermonathe*, de quibus infra dicetur, pendi debeant.

Antehac cives in civitatibus imperialibus degentes Imperatoribus ipſis dictas collectas perſolvere debebant, hodie autem ſtatus imperii, praeſertim civitates imperiales ius, collectas exigendi, easque immediate Imperatoribus vel Regibus tradendi, impetraverunt. Ita in privilegio antiquiſſimo, quod tabularium Norimbergenſe aſſervat, et Imp Fridericus II. civitati Norimb. A. 1219. conceſſit, Henricus VII. vero A. 1313. Piſae, Carolus IV. A. 1355. Romae, et Elector Moguntinus Gerlacus Francofurti A. 1366. confirmavit, verba ſequentia occurrunt: „Adhaec civibus loci ſaepe dicti talis gratia pro iure ab omnibus praeceſſoribus noſtris, inclitis Rom. Regibus tradita et indulta dinoſcitur, quam nos quoque approbamus, ut, ſi dominus imperiii ab ipſis ſteuram exigat, non particulatim, ſed in communi quilibet pro poſſe ſuo perſolvere debeat [l]).“

Steura haec imperialis, *die Reichsſteuer der Reichsſtädte* [m]), *die Stadtſteuer*, olim etiam *der Reichsſchilling* dicta, eſt itaque contributio

butio priſca et ordinaria civitatibus imperialibus propria, atque ab aliis earundem collectis et contributionibus ordinariis plane diverſa, de cuius initio et antiquitate non certo conſtat. Terminus ſolutioni praefixus erat circa feſtum S. Martini. Summa a civitate Norimbergenſi contribuenda excurrebat in 2000 libras Halenſ., quae ab Imp. Carolo IV. A. 1370. ad duo millia florenorum *Stadtvvährung* ſive 2200. fl. *Landvvährung in Gold* reducebatur [n]), quod ab Imp. Wenceslao A. 1379. per ulterius diploma confirmabatur [o]). Apochae ſuper ſolutione hujus tributi ab Imp. Carolo IV. jam A. 1360. datae formulam legere licet in *Glafey* anecdotis p. 49. n. 25. poſtea Hiſtoriae diplom. Nor. n. 160. inſertam. Idemque Imperator A. 1361. gaudio propter nativitatem filii Wenceslai perfuſus annuum hunc cenſum integrum urbi Norimb. remiſit [p]). Similem immunitatem poſtea illi conceſſit Fridericus III. Imp. A. 1452. ab omnibus contributionibus imperio ſolvendis et quidem ad ſumtus, quos cives Norimberg. Imperatorem Romam coronationis cauſſa petentem comitantes erogaverant, quodammodo compenſandos. Nec raro factum eſſe novimus, quod Imperatores partem annui huius cenſus debitoribus ſuis aliisve, qui in ipſorum miniſterio erant conſtituti, aſſignaverint [q]). Quod cum civitati patriae moleſtum eſſet, haec privilegia Caeſarea impetravit, vi quorum Senatus Norimb. nemini alii, niſi camerae Imperatoris illum praeſtare obligaretur, atque ille nulli neque oppignoraretur, neque aſſignaretur. Primus hoc privilegium indulſit Wenceslaus A. 1394. [r]) et Principes Electores litteras conſenſuales illi addiderunt A. 1397. et 1398. Illud porro confirmarunt Rupertus A. 1401. [s]) et Fridericus III. A. 1464. [t]). Cui tamen privilegio non ſemper ſatisfecerunt Imperatores, ſed tributi huius partem, vel integram ſummam aliis aſſignaverunt, ceu videre licet e Bilibaldi Pirkheimeri operibus p. 265.

Dimidia huius tributi pars A. 1434. ab Imperatore Sigismundo civitati Norimb. in pignus ceſſit, adeo, ut 1000. florenos civitas tantum quotannis ſolveret, donec reluitio pignoris ſecuta eſſet. Eamque oppignorationem confirmavit A. 1487. Fridericus III. addita cauſſa, quod pecunia, in cuius ſecuritatem haec oppignoratio olim facta eſt, verſa ſit ad haereticos extirpandos, et ad con-

concilium univerſale Baſileae congregatum ſuſtentandum. Hinc evenit, ut Norimberga ab eo tempore ſingulis annis ſummam tantum 1000. florenor. *Stadtwährung* vel 1100. flor. *Landwährung* Caeſari exhiberet.

a) vid. G. F. DEINLINI Diſſ. de praeſtat. gallinariis §. X. XI.

b) SCHWEDERI Diſſ. de domanio imperii.

c) KLOCK de aerario. L. I. C. 4. n. 54.

d) in Inſtit. Iur. Publ. T. 2. tit. *Reichstags-Acta.* p. 100.

e) PÜTTER *in der Entwicklung der Staatsverfaſſung des teutſchen Reichs* T. I. p. 263.

f) KNIPSCHILD in Tr. de jurib. et privil. civit. imp. L. II. C. XVII. et BILDERBECKS *Teutſcher Reichs-Staat.* p. 131.

g) *Göttingiſches hiſtor. Magazin von* C. MEINERS *und* I. L. SPITTLER. IV. *Band*, I. *St.* 1788. p. 146.

h) *Hamburg. Politiſches Journal* 1789. II. *Band*, 8. *St.* p. 923.

i) KNIPSCHILD cit. loc.

k) in Iure Publ. Imp. Rom. Germ. T. IV. Cap. VII.

l) cf. C. G. de MURR Comment. de re diplom. Frid. II. p. 96. 97. *Hiſtor. dipl. Nor.* p. 11. et 19.

m) Hoc nomine inſignitur in Capitul. Caeſ. noviſſ. A. XI. §. 16.

n) *Hiſt. dipl. Nor. no.* 204.

o) *Ead* N. 224.

p) *Ibid.* N 182.

q) vid. GLAFEY anecd. p. 508.

r) *Hiſt. dipl. Nor.* n. 257.

s) *Hiſt. dipl. Nor.* n. 275.

t) *Hiſt. dipl. Nor.* n. 364.

## §. II.

Praeter collectam imperialem, *die Stadtſteuer*, 2) caſtro imperiali Norimbergenſi peculiare tributum, *die Burgſteuer* civitas noſtra penſitavit, quae ſumma 500. florenorum conſtabat. Caſtrum ſcil. hoc imperiale inhabitarunt Praefecti Caeſaris, Advocati, *Amtleute auf der Reichsburg*, *Landvögte* et *des Reichs Pfleger* dicti, a Burggrafiis atque Scultetis plane diverſi.

Illi

Illi quidem in hoc caſtro Imperatoris nomine iurisdictionem exercebant, praefecturae provinciali praeerant et caſtrum imperiale gubernabant [a]). Eorum erat, reditus caſtro imperii penſitandos percipere et fiſco Caeſaris inferre. Enumerantur hi reditus et canones in libello, qui *Saalbüchlein* dicitur, quique Gravaminibus, *in angeſtellter Reviſion Sachen etc. Nürnberg contra Brandenburg etc. das poſſeſſorium der ſtrittigen hohen fraiſlichen Obrigkeit im Nürnbergiſchen territorio betreffend*, in iudicio Camerali Spirae d. 8. Iun. A. 1585. productis, ſub N. 1. fol. 7. adiunctorum, atque *Hiſtoriae diplomaticae Nor.* p. 3. inſertus legitur.

Tributum hoc tempore Caroli IV. civitati Norimb. iam erat remiſſum, id quod agnovit hic Imperator in documento A. 1368 dato, in quo ipſe profeſſus eſt, Conſules et Senatum Norimbergenſem hanc ſummam non ex neceſſitate, ſed ex mera voluntate perſolviſſe, atque eos in poſterum ab ejus ſolutione liberavit [b]).

a) vid. H. HILDEBRANDI Diſſ. de juribus peculiaribus quibusdam reipubl. Norimb. p. 20. et *auctor Hiſtor. dipl. Nor.* p. 788.

b) ISAACI PEYERI DE FLACH libellus de advocatiis liber. civit. Imp. Circuli Francon. p. 87. not. (e).

## §. III.

Varii olim Caeſari a Iudaeis, tanquam ſervis camerae imperialis, praeſtandi erant cenſus, iique tam ordinarii, quam extraordinarii, de quibus accurate nuper expoſuit P. E. SPISIUS *in den Archiv. Nebenarbeiten* T. I. p. 115. ſqq.

In illis eminet 3) cenſus *die Kronen-* ſive *die Iudenſteuer*, qui ſtatim poſt coronationem Imperatoris praeſtabatur, et *der goldene Opferpfenning*, qui annuatim in feſto nativitatis Chriſti ſolvebatur [a]). Hunc cenſum Imperatores a Iudaeis Norimb. quoque exegerunt, id quod teſtantur varia ſaeculi XIV. documenta. Carolus IV. A. 1347. Iudaeos iuſſit Senatui Norimb. quotannis 200. libras Halenſ. de cenſu ipſis impoſito ſolvere, pro quibus ligni copia in caſtro Norimb. neceſſaria comparari poſſit, quo ſylvae imperii

perii magis parcatur [b]). Tempore huius Imperatoris cenſus Iudaici haec erat ratio, ut tertia eius pars ſenatui Norimbergenſi, reliquae partes Caeſari cederent, vi diplomatis Caeſarei A. 1360. exarati [c]). Idem Imperator civitati Norimb. A. 1352. promiſit, ſe nolle amplius cenſum Iudaicum cuicunque aſſignare vel oppignorare, ſed illum camerae imperiali inferre [d]). Huic autem promiſſo eius ſucceſſores non ſemper ſteterunt; Sigismundus enim A. 1418. dimidiam partem cenſus à Iudaeis Norimb. quotannis exigendi Wiguleio Schenkio de Geyern aſſignavit, quo inſignia eius ſervitia et merita praemio afficeret [e]). Ex quo ſimul patet, dimidiam cenſus Iudaici partem tempore Sigismundi ad Caeſarem pertinuiſſe, id quod etiam de tempore Wenceslai conſtat, a quo privilegium A. 1390. Senatui Norimb. in hanc rem conceſſum eſt [f]). Tempore Ruperti A. 1402. hoc privilegium quoque obtinuiſſe, patet ex appendice Lit. A. in H. H. ENGLBRECHTII aſſertionibus Iur. Publ. de Steura imperiali ordinaria civitatum imperii.

Praeter hunc cenſum autem, ut ſupra monui, quotannis circa feſtum nativitatis Chriſti, ſive, ut alii dicunt, feſto Epiphanias a ſingulis Iudaeis puberibus unus florenus ſub nomine *des goldenen Opferpfennings* camerae imperiali ſolvendus erat. Eundem cenſum Imperator Sigismundus Sebaldo Pfinzing oppignoravit, a cuius liberis hoc ius pignoris in Senatum Norimb. A. 1432. translatum eſt [g]).

Vterque denique cenſus penitus ceſſavit, poſtquam Iudaei, indulgente Maximiliano I. an. 1498. urbe cedere iuſſi ſunt.

a) Cf. H. H. ENGELBRECHTII aſſertiones Iuris Publ. de ſteura imperiali ordinaria civitatum imperii §. 7.

b) WÜRFELS *Nachrichten von der Iudengemeinde in Nürnberg*, pag. 128. n. VI. et Hiſtor. diplom. Nor. n. 119.

c) quod allegatur a MÜLLNERO in relat. manuſcr. XVII.

d) WÜRFEL cit. loc. p. 134. n. XV.

e) *Idem* d. l. p. 156.

f) *Idem* p. 53. et p. 7. ubi privilegium hocce excerpſit

g) *Idem* p. 140.

 §. IV.

## §. IV.

Aliam ſpeciem collectarum imperialium ordinariarum olim 4) conſtituebant ſtatuum imperii collationes ad Senatum imperii, qui dicebatur *Reichsregiment*, ſuſtentandum praeſtandae. Hic enim viguit ab anno 1500, quo in comitiis Auguſtanis ordinatus fuit, uſque ad annum 1530. et ſedem ſuam plerumque Norimbergae habuit [a]). Aſſeſſores eius alternis vicibus e civitatibus imperii etiam eligebantur, et ab his accipiebant ſalarium lege definitum [b]). Ab hoc onere autem civitates imperii, adeoque et Norimberga, liberabantur, poſtquam an. 1530. ille Senatus imperii ad parcendum ſumtibus comitiis annuis impendendis antea conſtitutus plane deſiit.

a) Ejus hiſtoriam exponit I. F. IOACHIM *in den verm. Anmerk.* P. II. n. 8. p. 254.

b) vid. *Ordnung des Reichsregiments von* 1500. §. 4. et 18. *in der neueſten Sammlung der Reichsabſchiede.* T. II. p. 57. 59.

## §. V.

*Iudicium Camerale* tempore conſtitutionis a Maximiliano I. peractae e ſportulis et in ſubſidium e reditibus imperii atque denarii communis eſt ſuſtentatum. An. 1500. iam matricula formata eſt, ſecundum quam ab An. 1507. 5) onus ſuſtentationis ab ordinibus imperii ad definitum plerumque tempus vel unius anni, vel plurium, ſuſceptum eſt. An. 1548. et 1555. demum ſtatus imperii hoc onus in perpetuum in ſe receperunt, donec remedium magis congruum cameram ſuſtentandi ſuppeditatum fuerit, et ſolutioni duo termini (*Zieler*), dies ſcil. annunciationis et nativitatis Mariae praefixi ſunt.

Inter loca ſolutionibus eiusmodi deſtinata (*Legſtädte*) Norimberga quoque eſt relata.

Matriculae hae per moderationes nonnullis ſtatibus conceſſas ſaepius immutatae ſunt, de quibus immutationibus infra fuſius agam. Huc referenda eſt exemtio *Abbatis Coenobii S. Egidio* dicati, Norimbergae extructi, qui olim in matricula ſtatibus imperii immediatis accenſebatur, propterea que non ſolum collectas ad modum expeditionis Romanae *des Römerzugs* ſ. *die Römermonate*, ſed et

camerales, *die Kammer-Zieler*, pendere debebat, ut ex ſequenti nota matriculae imperii [a]) annexa latius patet: „*Die Stadt Nürn-„berg giebt zum Kammergericht* 300 *fl.*, *zeucht aus* ſine onere, vi-„gore ſententiae cameralis de 27 Oct. 1567. *die Abtey Egydii oder „St. Ilgen in Nürnberg, ſo mit* 1. *zu Roſs*, 7. *zu Fuſs, oder* 40 *fl.* „*belegt geweſen.*

Quum enim haec Abbatia tempore reſtaurationis ſacrorum a b. Luthero ſuſceptae, Magiſtratui Norimbergenſi ab ultimo eius Abbate, Friderico Piſtorio, reſignata eſſet, et Advocatus fiſci imperialis collectas, tam ordinarias, quam extraordinarias, eius intuitu praeſtandas poſtulaſſet, Magiſtratus deſuper in ius vocatus exceptiones ſuas protulit. Quo facto, praevia cauſae cognitione, a praeſtatione collectarum, quas Advocatus fiſcalis exegerat, non ſolum Norimberga abſolvebatur, ſed etiam coenobium ipſum per ſententiam cameralem antea allegatam [b]) a matricula imperii in futurum tempus eximebatur.

Huiusmodi ſententiae exemtionem inferentes iam an. 1544. *wegen der eilenden Türkenhülf*, et an. 1548. *wegen der Kammer-Gerichts-Unterhaltung*, emanarant [c]).

Dynaſtia imperii *Heydeck* ſeculo XVI iure pignoris in poſſeſſione civitatis Norimbergenſis erat, eademque ſecundum matriculam imperii Wormatienſem praeſtare debuit 5. *Mann zu Roſs und* 2. *Mann zu Fuſs*, ſive 80 florenos. Hoc autem onus ademtum eſt civitati Norimbergenſi, poſtquam dynaſtia Heydeck per reluitionem pignoris ad priſtinos rediit dominos.

Matricula haec poſtea ſaepius aucta eſt, donec tandem an. 1720, auctis perſonarum cameralium ſalariis, loco dupli ad proportionem ſeptenariam uſque progreſſum ſit, et nova confecta fuerit matricula uſualis, vi cuius civitas Norimberg. ſingulis terminis 812 thaleros annuatim, itaque 1624 thaleros pendere tenebatur. Haec denique nuper augebatur per concluſum imperii de an. 1775 dimidio unius *Ziels* ſingulis annis ſolvendo [d]).

Ex hoc tempore ab urbe Norimbergenſi quovis termino ſolvendi ſunt 1015 thaleri imperii, annuatim itaque 2030 thaleri [e]). Quemadmodum vero reſpublica patria ratione *der Römermonathe*,

 ut

ut §. ſequenti oſtendetur, nimium eſt praegravata, ita etiam nunc conſueta irrogatio *der Kammerzieler* fines aequitatis longe egreditur, ſiquidem Principatus Bambergenſis tantummodo 718, Epiſcopatus Eichſtadienſis duntaxat 355 thaleros $18\frac{1}{2}$ crucig. et ambo Principatus Brandenburgici, Onoldinus ſcil. et Culmbacenſis coniunctim ſolummodo 422 thal. 63 crucig. quovis termino *zu einem Kammer-Zieler* hodie contribuunt, quamvis provinciarum vaſtitate, hominum copia opibusque Norimbergenſem regionem multum ſane ſuperent. Quare reſpectu harum collectarum imminutio matriculae cameralis civitatem patriam maximo onere afficientis haud iniquis votis ſummopere expectatur.

a) quam SCHMAVSSIVS in Corp. Iur. Publ. acad. edit. noviſſ. p. 1420. typis exſcribendam curavit.

b) quam WAGENSEILIVS de civitate Norimb. p. 17. perperam ad annum 1597. refert.

c) Vid. Hiſt. dipl. Nor. p. 874. et G. E. WALDAU *vermiſchte Beyträge zur Geſchichte der Stadt Nürnberg* II. *Band* IX. *Heft*, p. 83.

d) Vid. I. G. GRAMBS in diſſ. de habitu liberar. S. R. I. civitatum erga ſuprema imperii tribunalia, Gieſſae 1780. et ſcriptores ibidem allegatos.

e) vid. Noviſſ. matric. uſualis a. 1776. concinnata, atque inſerta in C. F. GERSTLACHERI *Handbuch der teutſchen Reichsgeſeze.* T. VI. p. 870.

## §. VI.

Tantum de collectis imperialibus ordinariis. Transeo nunc II.) ad *extraordinarias*, et quidem ad eas, quae vel A.) in augmento collectarum *ſingulis annis* praeſtari ſolitarum conſiſtunt, vel B.) plane extra ordinem ob caſus repentinos *ad tempus tantummodo* exiguntur.

A.) prioribus accenſeo *contributiones ad modum expeditionis Romanae* ſive *des Römerzugs* noſtris diebus quotannis, ita tamen, ut ratione ſummae contribuendae differant, ſub nomine *der Römermonathe* praeſtandas, quarum conditionem atque originem paullo accuratius indagare contendam.

Exceptis collectis ſupra Cap. II. §. I. indigitatis, e domaniis Imperatoribus praeſentatis, ante annum 1474. aliam collectarum fi-

xarum

xarum atque perennium ſpeciem in uſu fuiſſe, multo magis dubitandum eſſe duco, cum ſuperiore aetate ſtatus imperii, ad tuendam ſecuritatem Caeſaris et imperii, certam et definitam quantitatem equitum peditumque alere, et cum illis, urgente neceſſitate, in auxilium Caeſaris et imperii venire ſolebant. Civitas libera et imperialis Norimbergenſis merito ſtatibus imperii adnumeranda, ad comprobandam fidem debitam huic oneri ſe nunquam ſubduxit, ſed potius imperio eiusque gubernatoribus ſemper pro viribus auxilium tulit. Ita haec civitas An. 1376. copias Imp. Caroli IV, quibus plures ordines imperii ſe iunxerunt, civitatem Vlmenſem, quae filium eius Wenceslaum Regem Rom. et futurum Imperatoris ſucceſſorem agnoſcere recuſabat, obſidione cingentes, auxit *mit 60 Spies Mannſchaft.*

An. 1401. manus militum Norimbergenſium, cui Fridericus a Laufenholz atque Erhardus Schürſtab, Centuriones, praefecti erant, Regi Ruperto contra adverſarios illius in ſubſidium mittebatur [a]).

A. 1417. Petrus Volcamer, Tribunus, et Erhard Schürſtab, Centurio, copias auxiliares ſub titulo *eines Ritterdienſtes*, Regi Sigismundo adduxerunt [b]).

A. 1421. die Mercurii ante feſtum Aſcenſionis Mariae civitas Norimb. ob expeditionem contra Huſſitas in Bohemia ab imperio decretam, copiam non exiguam militum, ſcil. 200. *Mann zu Fus*, 30. *Spies und* 30. *Schüzen nebſt Artillerie*, cuius duces Wigleis et Wilhelmus de Wolfſtein, iuncto Petro Volcamero, fuere, itemque anno 1431. die Veneris poſt feſtum Petri et Pauli, ductu Erhardi Halleri et Wernheri de Parsberg, bellatum miſit [c]).

A. 1438. die 1. Sept. Wigleis de Wolfſtein et Bertholdus Volcamer, Franciſcus Rummel et Martinus Hayd, Equites et Centuriones copiarum Norimbergenſium, unacum aliis Principibus et civitatibus Regi Alberto contra Bohemos rebelles ſubſidio accurrebant [d]).

Ad bellum, quod A. 1445. adhuc Germaniam vexabat, ſedandum, Norimberga denuo cohortes auxiliares Argentoratum deportari iuſſit [e]).

A. 1456. mille octoginta ſex milites Norimbergenſes arma ferebant adverſus Turcas et caſtra prope Belgradum petebant.

A. 1474. ad bellum, quod inter Imp. Fridericum et Carolum, Ducem Burgundiae, exarſit, gerendum, civitas Norimb. primo 200. pedites, totidemque equites, die vero Saturni ante feſtum Michaelis porro 400. pedites et 300. equites caſtra ſequi curavit.

Fundamenta collectarum imperialium, quae hodie ſub nomine *der Römermonathe* veniunt, iacta eſſe credo per conſtitutionem communis denarii, des gemeinen Pfennings, qui ſecundum bonorum, quae quis poſſidebat, rationem ſolvebatur, et in comitiis Norimb. A. 1431. ob expeditionem contra Huſſitas celebratis, in comitiis Auguſtan. A. 1474., Francofurt. A. 1486. et 1489., Norimbergenſ. A. 1486. et Wormat. A. 1495. decernebatur, cuiuſque in Rec. Imp. 1548. §. 48 et 103 ultima vice mentio eſt facta f). MÜLLNERVS in Annal. Norimb. ad A. 1497., refert, publico proclamate civibus Norimbergenſibus hoc tributum in comitiis Wormatienſibus decretum indictum fuiſſe, ita quidem, ut omnes, qui annum aetatis XV. attigerunt, ſequenti ratione illud praeſtarent. Quicunque res immobiles vel mobiles 500. florenorum pretio aequales poſſideret, dimidium florenum Rhenanum ſolveret, qui 1000. floren. in bonis haberet, integrum flor. Rhen. conferret, qui minorem ſummam, quam 500. flor. poſſideret, partem vigeſimam quartam floreni Rhenani, ſive 10½. denarium ſolveret.

Hoc autem contributionis modo abrogato, collectae imperiales ad modum expeditionis Romanae ſive *des Römerzugs* exigebantur, ſive, *es wurden die Römermonathe bezahlt.* Status ſcil. imperii ſolebant Imperatorem noviter electum Romam coronandi gratia proficiſcentem certo peditum equitumque numero comitari, atque, vi Receſſus imp. Wormat. de A. 1521., ſumtus ad ſuſtentanda XX. millia peditum et IV. millia equitum neceſſarios ſecundum proportionem in matricula expreſſam ſuppeditare. Quamvis hodie hae expeditiones non amplius locum habeant, ex illis tamen modulus eſt definitus collectarum, quae nunc parata pecunia praeſtantur, et pro equite 12. pro pedite vero 4., et in ſumma 128000. florenor. in ſtipendium menſtruum, ſive *für ein ſimplum oder ein Römermonat* requirunt. Interdum quinquagena, imo centum et ducentena huiusmodi ſtipendia, ab anno MDCCXL. usque adhuc MDCCLXXXIX. decreta legimus.

Irro-

Irrogationis dictarum collectarum ſ. *der Römermonathe* proportionem, ut ſupra monui, continet matricula imperii, *die Reichsmatrikel*, quae eſt deſignatio ſtatuum imperii et quantitatis, quam ſinguli ad uſus communes contribuant, publica auctoritate facta [g]). Harum matricularum usque ad annum 1521. XII. numerantur, quae in variis comitiis, praeſertim propter expeditiones contra Turcas, conditae fuerunt. Vltima earum, videlicet matricula A. 1521. in comitiis Wormat. confecta [h]), fundamenti quidem loco inſervit, ſed propter varias inde exortas querelas, quas MAVRITIVS cit. loco allegat, et ſubſequentibus temporibus decretas moderationes ſaepius immutata fuit. In comitiis Auguſt. A. 1553. proponebatur *ein Anſchlag des Reichs nach dem Anſchlag des Römerzugs zu Worms.* Nova moderatio A. 1557. introducta non ſingulis ſtatibus grata erat, quapropter hac de re poſtea iterum iterumque deliberatum et negotium in pace Weſtphalica ad comitia proxima remiſſum eſt. Eiusmodi moderationes matriculares ab A. 1698. usque ad annum 1710. indultas exhibet LVNIGIVS [i]), STEIN [k]) et I. L. KOEBEL [l]).

Matricula imperii, cuius peraequatio in capitulatione Caeſar. noviſſima ſummopere commendatur, hactenus nondum rectius adornata, in comitiis novus introducebatur modus, nimirum amicae conventionis cum ſtatibus, ita, ut ſumma in comitiis determinata per ſingulos circulos diſtribui, adſignata portio vero in quolibet circulo ab eius ſtatibus exigi et regulariter in civitatibus ſolutionis, *den Legſtädten*, in quarum numerum Ratisbona, Auguſta Vindel., Norimberga, Francofurtum et Lipſia referuntur [m]) ſolvi, denique vero Quaeſtori imperii, *dem Reichspfenningmeiſter*, tradi ſolent [n]). In Franconia olim collationes ad modum expeditionis Rom. ſ. *die Römermonathe* imperio vel Imperatori a circulo in corpore penſitabantur, nunc vero a ſingulis ſtatibus immediate caſſae imperii, *der Reichspfenningmeiſterey* ſ. *Reichsoperations-Caſſa* exhibentur. Cum igitur ad harum praeſtationem omnes ac ſinguli ſtatus imperii ſint obſtricti, prono alveo fluit, rempublicam Norimb. ad eam pariter teneri. Sed, quem fugit, hanc civitatem imperialem temporum iniuria et variis rerum adverſarum viciſſitudinibus iam dudum longe multumque quaſſatam, adeo praegrava-

tam

tam eſſe, ut vires eius, ad hoc onus, quo hactenus premebatur, ulterius ferendum minime ſufficiant. Multifaria quidem augmenta dictae matriculae imperii A. 1521. confectae interiectis temporibus introducta, limites aequitatis plane excedentia enarrare poſſem; quum vero haec materia prolixi argumenti iam A. 1788. in diſſertatione academica peculiari o) publice ventilata, atque variis deductionibus et relationibus typis expreſſis p) ſufficienter explanata ſit, ſaepius dicta longius repetere haeſito.

Ratam matricularem a republica Norimb. hactenus praeſtitam menſuram aequitatis penitus exceſſiſſe, luce clarius apparet *aus der Berechnung, in was für einer Proportion der Nürnbergiſche Anſchlag bey dem Fränkiſchen Creiſs gegen die hochlöbl. geiſt- und weltl. Fürſten, auch Gräflich- und Städtiſche Bank, in dem Beytrag zu einem einfachen Römermonath, nach dem ſogenannten endlichen Project vom Iahr 1720. an geſtanden*, quam *dem kurzen Begriff der Reichsſtadt Nürnbergiſchen Matricular-Angelegenheit*, circa finem, ſub Lit. A. p. 13. annexam legimus. Ad unicum ſcil. menſem Romanum ſola civitas Norimb. pro ſua rata contribuit ſummam exorbitantem 828. florenorum, Epiſcopatus autem Bambergenſis, Eichſtadienſis, una cum Ordine Teutonico coniunctim 807. floren; et duo populoſi opibusque valentes Principatus Brandenburgici, Onoldinus et Culmbacenſis, communiter perſolvunt 658. flor. Si praeſtationes ab anno huius ſeculi XL. hucusque in ſupra memoratos 1929. menſes Romanos erogatas ad unam ſummam referamus, patebit, ſolam rempubl. Norimb. 1,597,212., Principatum vero Bamberg. et Eichſtadienſem, juncto Ordine Teutonico, 1,556,703, et ambo Principatus Brandenburg. conjunctim duntaxat 1,269,280. florenos contribuiſſe.

Gravamina Norimb. ex hac diſparitate orta, quae etiam reliqua onera, tam ordinaria, quam extraordinaria, ad imperii ſubſidium neceſſaria reſpicit, ſtabili fundamento niti, quis aequitati ſtudens negabit? Quum itaque iniquius nil audiri poſſit, quam aliquem ultra fructus et reditus rerum ſuarum ad collectas ſolvendas cogere velle, atque ſic eidem alimenta ſubtrahere q), iure ſperandum eſt, litem ſuper hac re ad archidicaſterium imperiale iam dudum devolutam ex regulis aequitatis ita diremtam iri, ut

rata matricularis Norimb. vires illius pro futuro non adeo ſuperet, inſimulque damna inſignia inde orta reparentur et ſummae ad hunc usque diem indebite vi metuque extortae reſtituantur.

a) Cf. *Hiſtor. diplom. Nor.* p. 516.

b) *eadem* p. 540.

c) —— p. 540.

d) —— p. 616.

e) —— p. 626.

f) ARVMAEVS de comitiis Cap. VIII. n. 34. *ſqq.* et PFEFFINGER ad Vitriar. T. III. p. 385. GERSTLACHERI *Handbuch der teutſchen Reichsgeſeze.* T. VI. p. 813.

g) ERICVS MAVRICIVS in Diſſ. de matricula §. 31. *ſq.*

h) Exhibet illam SCHMAVSSIVS in Corp. Iur. Publ. p. 87. et GERSTLACHERVS *im Handbuch der teutſchen Reichsgeſeze.* T. VI. p. 814. ſecundum exemplar Moguntinum 1758 ex archivo Imperii typis excuſum.

i) *in dem Reichs-Archiv* P. gen. p. 772. et 785.

k) in Diſſ. de matricula imperii noviſſima.

l) *in Diſſ. inaug.* de moderatione ſtatuum Imperii matriculari.

m) in *Receſſu Imp. Ratisb.* de A. 1613. §. 4.

n) vid. H. HILDEBRAND. Diſſ. de juribus peculiaribus quibusd. reip. Nor. p. 23.

o) I. M. F. AB ENDTER in ſpec. inaug. cauſſas juſtitiae ex gravamine matriculari ſpeciatim cauſſas reſtitutionis matricularis Norimb. exhibente.

p) praecipue *den kurzen Begriff der Reichsſtadt Nürnbergiſ. Matricularangelegenheit,* qui A. 1787. in lucem prodiit.

q) vid. C. KLOCK de contribut. C. XVII. n. 47. et 91.

## §. VII.

In computationem collectarum imperialium *extraordinariarum* veniunt

B) illae, quae in caſus repentinos ad tempus ſolummodo imperantur, ſ. quae neceſſitatis cauſſa, non certo et definito tempore, lege publica irrogantur, atque collectae temporariae audiunt.

Pertinent huc exempli gratia

1) contributiones A. 1421. et 1431. ad debellandos *Huſſitas* ſtatibus imperii indictae.

 2) col-

2) collectae olim ad defendendas et recuperandas provincias a Turcis invaſas atque obſeſſas, ſub titulo *der Türckenſteuer*, conſentientibus ſtatibus imperii tempore imminentis periculi Imperatoribus Rom. pecunia numerata ſolutae, ſummoque rigore exactae, quarum repartitio cujuslibet ſtatus arbitrio concedebatur, quia modus, illas ad normam expeditionis Rom. poſtulandi tunc plane incognitus erat [a]).

Ius vero ſtatuum ſubcollectandi ſubſidia ad bellum contra Turcas gerendum neceſſaria, ſeculo XVI [b]) in pluribus legibus imperii ſtabilitum eſt atque confirmatum, ita quidem, ut nec Clericorum, nec corporum eccleſiaſticorum, nec aliarum piarum cauſſarum immunitatis a tributis ratio haberetur [c]).

3) huc referuntur impenſae neceſſariae ad extructionem et reparationem caſtrorum et fortalitiorum inſtar praeſidii univerſae Germaniae munitorum, quas aevo ſuperiori frequenter erogatas fuiſſe ſcimus. Recentioribus temporibus earum ſolutio redacta eſt ad proportionem menſium Roman. Sic An. 1716 ad refectionem fortalitii Kehl praeſtatio *eines Römermonaths* ſtatibus imperii iniuncta eſt [d]).

4) ope collectarum dictarum temporarium impendium ad bellum contra hoſtem communem ſuſcipiendum vel gerendum, ac

5) ſumtus munus legationis imperialis obeuntibus ſuppeditantur.

Plures denique cauſſas collectas imponendi allegant ſcriptores de collectis [e]). Collectas imperiales ordinarias ad modulum in matricula determinatum ſolutas civitatem patriam Nor. ultra fas et aequum damno affeciſſe, §. anteced. luculenter demonſtravi. Idem dicendum eſt de contributionibus extraordinariis, quae noſtra aetate ſimiliter ad modum conductus Romani, ſ. *den Römermonathen nach*, exiguntur, et patriam noſtram ſumma pernicie opplent. Impenſae, quas bellum An. 1756 inter Divam Thereſiam, Imperatricem Rom. et Fridericum II. Regem Boruſſiae, conflatum et per ſeptem annorum ſpatium maximo ardore geſtum requirebat, ratam Norimbergenſem cumprimis, et quidem adeo praegravabat, ut ſumma hunc in finem perſoluta humanam fidem plane

plane excedat, et poſteri noſtri hoc graviſſimum onus adhuc ſentire debeant.

a) vid. BILDERBECK *im Teutſchen Reichsſtaat* p. 131. ibique citatus KLOCKIVS de contribution.

b) I. I. MOSER *von der Landeshoheit in Steuerſachen* C. I. §. 2. p. 7.

c) *Rec. Imp.* de A. 1576. §. II., 1582. §. 10., 1594. §. 10. *ſqq.*, 1598. §. 11. et 12., 1603. §. 18.

d) Cf. HILDEBRANDI Diſſ. cit. de jurib. peculiar. quibusd. reip. Nor. p. 23.

e) vid. KLOCKIVS c. l. C. XVII. n. 74. *ſqq.* et SCHWENDENDÖRFER in Diſſ. de Collectis, theſ. VIII.

## CAPVT III.

## DE COLLECTIS CIRCVLARIBVS.

### §. I.

Contemplationi collectarum imperialium metam imponens nunc ad ſecundam ſpeciem collectarum, ſcil. ad *collectas circulares*, progrediar, et, quae ad illarum delineationem faciunt, breviter exponam.

Collectae circulares, ut ſupra Cap. I. §. IV. monui, pro circulorum plurium vel ſingulorum defenſione imponuntur, ideoque *Kreisſteuern* appellantur, et vel a Caeſare et ordinibus omnibus in comitiis [a]), vel a Ducibus et Adiunctis circularibus, qui tamen exinde nullam in reliquos ordines circulares ſuperioritatem acquirunt [b]), praevia ſpeciali conventione atque deliberatione, neceſſitate efflagitante, ex officio exiguntur, et ſaepius *Interims-Anlage* nuncupantur [c]).

Origo harum collectarum debetur diviſioni imperii Rom. Germ. in decem circulos, quae ad tuendam pacis publicae ſanctionem, itemque ſententiarum et mandatorum cameralium gratia per Rec. Imp. de A. 1512. Tit. I. §. 11. 12. ſtabilita eſt.

 a) Exem-

a) Exempla harum collectarum reperiuntur in *Rec. Imp.* de A. 1582. §. 44. itemque de A. 1594. §. 47 et ſqq.

b) Rec. Imp. de A. 1555. §. 73.

ctas ab illis praeſtandas ſuperant, computare et ab illis penſionem ſ. *Land-Loſung* conferre tenetur. Hic cenſus, ut iam ſupra §. 17. huius Cap. monui, comprehendit ex adducta ratione dimidiam partem *der Stadt Loſung*, et ſolvitur *bey einer einfachen Loſung von* 12 *florenis* unus florenus, *bey einer doppelten Loſung* vero e duodecim florenis duo, *der eine in Gold und der andere in Silber*.

## §. XXI.

Iam ſupra §. 19. huius Cap. indicavi modum praeſtandi cenſum, qui *Loſung* appellatur, et *worinnen das Loſungbare Vermögen beſtehe*, ſ. a quibus rebus ille ſolvi debeat.

Quod in ſpecie *Rempubl. Norimbergenſem* attinet, haec, vigore privilegii Caroli IV. Imp. ſupra §. 7. huius Cap. allegati et a ſequentibus Imperatoribus confirmati, immunitatem a collectis nemini concedit, niſi pauperibus ad ſummam inopiam redactis, ideoque tributum *die Loſung* generatim, nullo interiecto diſcrimine, omnes ac ſinguli, cuiuscunque ſtatus et conditionis, ſive ſint nobiles ſive inferioris ordinis, clerici aeque ac laici, quidquod etiam perſonae, quae militiae nomen dederunt, modo iure civitatis Norimberg. gaudeant, ſolvere tenentur. In ſpecie vero *ad eius praeſtationem obſtringuntur*

1) *patres*, tam ratione proprii patrimonii, quam reſpectu peculii adventitii liberorum regularis, propter uſumfructum, quem ex illo capiunt.
2) *filii*, ratione peculii caſtrenſis et adventitii irregularis.
3) *maritus* reſpectu rei dotalis, conſtante ſcil. matrimonio, ſoluto vero hoc
4) *uxor* vel eius heredes, et quidem in loco domicilii mariti, ſicut mulier ibidem de bonis receptitiis ac paraphernalibus adſtricta, cum domicilium mariti ſequatur, etiam cum vidua eſt, et ius civitatis, *das Burgerrecht* retinet. Quodſi vero vidua extraneo vel incolae non ſubdito proprie ſic dicto nubens ius civitatis, quod habuit ante matrimonium, reſignare velit, praeſtito cenſu emigrationis (*der Nachſteuer*) non amplius tributum ſolvit.

5) *tutores* et *curatores* de bonis pupillorum et minorennium.
6) *adminiſtratores fideicommiſſorum* de rebus ad fideicommiſſum ſpectantibus.
7) *executores fundationum*, *ſtipendiorum* aliorumque inſtitutorum.
8) etiam *peregrini* ſ. *forenſes* tamdiu, quam bona civica poſſident, et *die Nachſteuer* ſolvunt.

## §. XXII.

Collectae, *Loſung* dictae, unacum *dem Burgergroſchen* a quolibet cive regulariter annuatim ſolvi debent. Cum vero haud exiguae parti civium Norimberg. vel res anguſtae domus, vel abſentia, vel aliae rationes interdum impedimento ſint, quo minus ſingulis annis atque debito tempore hoc tributum conferant, ex ſingulari Perilluſtr. Senatus indulgentia An. 1653. die 2. Aug. conſtitutum eſt officium, quod *das Loſung - Reſtanten - Amt* nominatur, cui quatuor Domini Deputati ex ſenatorio ordine, peculiari quaeſtore et actuario inſtructi praeſunt. Qui itaque ſtato tempore dictum cenſum *die Loſung* ſolvere non potuerunt, illum huic officio tradunt. Debitores autem moroſi, qui tributa ſolvere neglexerunt, poſt biennium citantur, et, ſub comminatione executionis monentur, ut intra praefixum terminum id, quod reſtat, numerata pecunia ſolvant.

Ita Perilluſtr. Senatus per decretum d. 26. Maii 1704. 4. et 18. Iul. 1707. ordinavit, *daſs alle Burger, welche an der Loſung etc. im Ruckſtand verblieben, innerhalb 4. Wochen ſich einfinden, und, ihrer Anſtände halber, Richtigkeit machen, oder, in Entſtehung deſſen, unfehlbar gewärtig ſeyn ſollen, daſs ſie, ohne Unterſchied der Perſon, von den Knechten in der Farb* (a lictoribus veſtitu ſolemni amictis) *durchgehends erfordert, und öffentlich nambaft gemachet, auch ſolche Executionsmittel ergriffen werden, welche die andringende Noth erfordert.*

An. 1748. d. 18. Iul. et 11. Apr. 1749. *moroſi debitores* iterum per decretum Inclyti Magiſtratus excitantur ad praeſtationem cenſus, illisque minitatur *die Abpfändung ſo vieler effecten,* als

*als zu Abtragung des Ruckſtandes und der Executionskoſten erfordert wird, wañ ſie in den nächſt darauf folgenden 3. Wochen von den Eigenthümern oder moroſen Schuldnern nicht wieder eingelöſet werden, welchen Falls ſelbige ohne einig weitere Terminen oder Verzögerung an den meiſtbietenden öffentlich verkauft werden ſollen.* Quam admonitionem et poſterioribus annis in decretis ſ. 23. Ian. 1766. 31. Mart. 1775. et tandem ſ. 21. Mart. 1789. typis vulgatis repetitam legimus.

Vltimum horum decretorum vero ſolutionem *der Loſungreſte* ſequentibus verbis graviter inculcat: *Alſo wird hiemit allen und jeden in dergleichen Saumſaal und Ruckſtand befangenen Burgern oberherrl. alles Ernſtes befohlen, innerhalb 4. Wochen, dieſer ihrer Ausſtände halber, gehörigen Orts Richtigkeit zu machen, und ihre reſtirende Loſungen, nebſt Vorlegung ihrer gefertigten Loſungrechnungen, baar zu entrichten, oder allenfalls dieſerwegen annehmliche Sicherheits-Vorſchläge zu thun, in Entſtehung deſſen aber, nach Verfluſs ſolcher Zeit, ohnfehlbar gewärtig zu ſeyn, daſs gegen ſie, ohne Unterſchied der Perſon, ſolche Executionsmittel werden ergriffen werden, welche die Vorliegenheit der Umſtände erfordert, dergeſtalt, daſs diejenige, welche in der L. Aemter Departements, Dicaſterien, Stiftungen, auch bey Privat-Perſonen Zinſe, Beſoldungen, Salarien, Honoraria, Beſtallungen, auch ſonſtige Verdienſte und Lohn, Penſionen, Stiftungen, oder andere Zugänge und Forderungen zu beziehen haben, ſolche auf- und innebehalten- und ſich damit bezalt gemacht, von gedachten Behörden dem Aerario hierzu unentgeltlich und nach Möglichkeit verholfen werden- auch kein dergleichen Reſtant zu den Oeſterlichen Pflichten zugelaſſen, eben ſo wenig aber denenſelben das advociren, practiciren, ſollicitiren, noch einige Notariats- oder ſonſtige dergleichen Amts- oder öffentliche Verrichtung geſtattet, auch von dem Handwerksſtand ferner keiner zu dem Geſchwornen-Amt gelangen- und niemand zu einigen Ehrenſtel-*

*renſtellen, vielweniger zu Aemtern und Dienſten zugelaſſen, vielmehr diejenigen, welche Ein hochlöblicher Rath mit dergleichen bereits beehret hat, ſolcher wieder entſetzet, andere aber durch ſonſtige ſachangemeſſene Vorkehr zu Entrichtung ihrer Ruckſtände angehalten werden ſollen etc.*

In egeſtate viventibus vero ſolutio particularis (*friſtenweis*) conceditur [a]).

Praeterea Inclytus Magiſtratus Nor. ad eruendos et obtinendos huiusmodi cenſus reſiduos, interiectis temporibus varias promulgavit conſtitutiones. Vi decreti de 6. Mart. et 16. Sept. 1700. *ſollen die Inventurſchreiber bey den Inventuren ſich der Loſungſchulden erkundigen und ſolche der Beſchreibung einverleiben, vom Ehrlöbl. Stadtgericht aber, bey vorgehenden Betheuerungen darnach geſehen, und, da es unterlaſſen worden, gegen die, auf welche das Uiberſehen gebracht wird, geahndet und reſſentiret werden.*

Decreto de 2. Mart. 1706. *denen Steinſchreibern und Todengräbern* iniungitur, ut catalogum mortuorum ſedulo conficiant, eumque ſingulis menſibus *dem Loſung-Reſtanten-Amt* tradant.

A. 1710. ſ. 28 Nov. notarii et illi, qui condendis teſtamentis atque inventariis adhibentur, prohibentur, quo minus teſtamentis aliisque inſtrumentis conditionem inſerant, liberationem heredum etc. a praeſtatione *der Loſung* et *Nachſteuer* inferentem, vel aliam clauſulam aerario publico nocivam, ſimulque iubentur, ut perſonas, quae ita diſponere cupiunt, dehortentur, illasque moneant, eiusmodi conditiones pro nullis et non adiectis haberi.

Porro et 8. Iul. et 5. Dec. 1747. Inclytus Magiſtratus ſanxit, *Daſs von niemand ein Memorial um einen Dienſt angenommen werden ſolle, es habe denn das Loſung Reſtanten-Amt bezeuget, daſs ſupplicant keine Loſung reſtire, auch ſolle niemand Geld- und Capital-Zins ausbezalet werden, es ſeye denn dargethan, daſs die Loſung-Ruckſtände getilget ſeyen.*

 Ob-

Obſervantia quoque Norimb. requirit, ut, priusquam civis mortuus terrae mandetur, *von dem Loſung - Reſtanten - Amt* teſtimonium exigatur atque praebeatur, eum non reſidere in debitis; eorum vero corpora, qui verſantur in numero reliquatorum, in poenam et ſignum ignominiae loculo conduntur, cuius operculum non, ut ceteri, curvatum ſ. fornicatum, ſed rectum ſ. planum eſſe debet. Tandem filii artificum, opificum aliorumque civium, tam viventium, quam vita defunctorum, quorum parentes tributum, *die Loſung*, adhuc debent, antequam magiſterium, vel aliam ſpartam adipiſcuntur, reſiduum vel totum, vel pro parte ſolvere tenentur.

a) Vid. I. A. COLMAR c. l. p. 29.

## §. XXIII.

Non autem ſufficit, ut cives contributionem modo dictam annuatim rite perſolvant, ſed etiam ſingulos *reditus in codicem rationum inſcribere*, et hunc, quotiescunque deſiderabitur, disquiſitioni atque inveſtigationi *des Wollöbl. Loſung - Amtes* praevia extraditione ſubiicere tenentur. Qui vero huiusmodi rationes conficere neglexerunt, in poenam incurrunt arbitrariam [a]).

a) Vid. Decret. Perilluſtr. Senatus d. 26. Maii 1714. et intimatio ſaepius allegata *der jährliche Loſungzettel*,

## §. XXIV.

*Mos*, cenſum, qui *Loſung* appellatur, modo ſupra definito *praeſtandi* adhuc hodie quidem obtinet et frequentatur, nuper vero Inclytus Magiſtratus, per decretum de 6. Sept. 1786. ad requiſitionem quorundam Nominatorum Senatus numeroſioris atque complurium civium, qui a iuramento quotannis praeſtando atque computatione redituum nimium moleſta ſe liberare cupiebant, in civium arbitrio poſuit, num contributionem, *die Loſung*, more priſtino ulterius praeſtare, vel huius loco *per modum conventionis* certam ac determinatam ſummam facultatibus ſuis congruam per aliquot annorum ſpatium quotannis penſitare, atque cum officio quaeſtorio (*mit dem Loſungamt*) de ea tranſigere velint.

§. XXV.

## §. XXV.

Cives, qui cenſum, *Loſung* dictum, non eo modo, quo inſtructio illa, quae *Loſungzettel* audit, id exigit, rite annuatim ſolvunt, ſed vel id praeſtare penitus negligunt, vel annuos reditus non accurate computant, poenam ſupra memoratam merito luunt, qui vero bona huic contributioni ſubiecta ſive in totum, ſive partem tantummodo eorum ſcientes *celant ſ. reticent*, i. e. *eine Loſungſchalkung begehen*, periurium committunt, aerarium publicum defraudant, praetereaque reliquos cives cenſum rite praeſtantes illicite praegravant, ſiquidem inaequalis ſolutio tributi indicti promte ſolventes maximo onere afficit, quod illi quidem debitores moroſi parum ſentiunt, aſt aequali modo ſentire debuiſſent. Cum enim per ſolutionem huius cenſus neglectam vires aerarii publici adeo diminuantur, ut ad ſumtus neceſſarios non ſufficiant, ſequitur, tributum hocce eo magis augendum et praeterea novos cenſus civibus imponendos eſſe, quibus carere poſſemus, ſi quilibet civis ratam ſuam debito more ac tempore numeraret. Eiusmodi homines igitur graviorem poenam commerentur. Iure communi in eos, qui res collectis obnoxias non profitentur, ſed doloſe reticent,

1) poena commiſſi ſtatuitur, resque doloſe ſuppreſſa fiſco addicitur [a]).

2) extra ordinem et per modum executionis proceditur erga reticentes poena arbitraria, quae pro re nata eſſe poteſt vel pecuniaria, vel incarcerationis vel infamiae, vel privatio dignitatum, vel fuſtigationis [b]), quae poſterior potiſſimum tunc locum obtinere ſolet, ſi periurium ſimul concurrit.

3) inter remedia extraordinaria, quae adhibentur contra celantes res collectis obnoxias, numeranda quoque eſt privatio iuris civici, *der Verluſt des Burgerrechts* [c]) denique

4) poena dupli, ad ſimilitudinem eius dupli, quo contributiones Turcicas ad diem praefixum non ſolventes coercentur, de qua Rec. Imp. de A. 1576. §. *dieweil dann* 14. ſqq. diſpoſitum eſt; utut et in harum poenarum iniunctione conſuetudo plurimum valeat, quae reticentiae rerum collectis obnoxiarum certam apponit clauſulam [p]).

Eas-

Eaſdem poenas quoque in republica patria noſtra, pro ratione circumſtantiarum, ob reticentiam rerum collectis obnoxiarum infligi poſſe minime haeſitandum, quia absque manifeſto periurio ea committi nequit, in quod leges arbitrariam ſtatuunt poenam.

Per decretum ſ. 8. Ian. 1744. vero promulgatum Inclyt. Magiſtratus loco poenae arbitrariae confiſcationem totius ſummae collationi ſubiectae ſanxit, ſequentibus verbis: *Zumalen aber, wegen der wider ſie vorwaltenden offenbaren und ſtarken Vermuthung unrichtiger Loſung - Rechnung abgefordert werden ſollen: immaſsen auch, ſowol in dieſem Fall, als überhaubts, künftighin genau darob wird gehalten werden, daſs, wenn Loſung-Schalkungen zu ſchulden kommen, das Unverloſungte, an ſtatt der biſsher arbitrariſchen Strafen, völlig eingezogen und confiſcirt werden ſolle.*

a) GÖDEN conſ. 10., MATTH. COLER conſ. 42., EVERH. conſ. 8. concl. I. Franc. PFEIL conſ. 191. aliique plures ibidem citati.

b) Vid. WESENBEC. in Paratitl. D. ad tit. ſi quis ius dic. haud obtemperav.

c) KNIPSCHILD de iur. et privil. civitat. Imp. L. 2. Cap. 17. n. 102.

d) Vid. I. H. v. ROTTENHOF Diſſ. Inaug. de reticentia rerum collectis obnoxiarum.

## §. XXVI.

Dicendum nunc erit *de iure praelationis* quod a) *fiſco*, ratione collectarum, tributorum, aliarumque exactionum publicarum in concurſu creditorum generaliter tribuitur, et b) quod *reipubl. Norimb.* ratione collectarum a civibus ſub nomine *der Loſung* ſolvendarum in ſpecie competit.

Iure communi fiſcus vel Magiſtratus in concurſu, intuitu prioritatis omnibus omnino creditoribus, etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, ratione collectarum praefertur [a]). Idem obtinet in pluribus Germaniae provinciis et confirmatur Doctorum iuris conſenſu [b]). Iure vero Norico et quidem Lege IX. Tit. XXII. Codicis ſtatutarii [c]) ſolummodo praefertur *die Loſung* credi-

*creditoribus perſonalibus*, verbis: *Under allen Perſönlichen Glaubigern geet der gemainnutz und deſſelben verordente Amptleut vor, Als vmb ain auſſtendige Loſung, Steuer, Vngeld, Zoll vnd dergleichen etc.*

Et Lege VII. Tit. XI. §. 2. ſtatuitur. *So ſoll zuuorderſt den Taglonern vnd geprötten Eehalten oder Dienſtleutten, von wegen ires verdienten Lidlons, vnd darnach gemainer Stat Amptleuten, umb auſſtendig vngelt, Loſung, Zinſs, Zoll und anders, vor allen andern Perſonlichen Sprüchen verholfen werden* d).

Habet itaque *die Loſung der Nürnbergiſchen Stadtbürger* privilegium tantum perſonale, adeoque refertur ad quartam claſſem creditorum perſonale privilegium habentium, ita tamen, ut id, quod debetur

a) *deponenti*, ratione depoſiti in manibus depoſitarii non amplius extantis,

b) *reipublicae creditrici* pro mutuo,

c) *medicis*, *chirurgis* atque *pharmacopolis* pro ſoſtro et medicamentis pretium 50 florenorum non ſuperantibus,

d) *mercenariis*, *ſervis* atque *ancillis*, quae victu debitoris communis fruebantur, ratione mercedis (*des Liedlohns*) Reform. Nor. T. XXII. L. VIII. tributo *der Loſung praeferatur* e).

Quod vero minime ad cives ſuburbii Woehrdenſis et reliquarum praefecturarum iurisdictioni Perilluſtr. Senatus Norimberg. ſubiectarum, vel ad ſubditos Norimbergenſes ratione ſteurarum extendendum eſt. Vigore enim decreti addition. de 2. Apr. 1677. et 18. Iun. 1753, ut infra demonſtrabitur, eorum collectae reſiduae omnibus creditoribus, tam hypothecariis, quam perſonaliter privilegiatis in concurſu creditorum anteponuntur.

a) L. 4. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr. L. 1. C. ſi propt. publ. penſit. vend.

b) CARPZ. P. I. Conſt. 28. defin. 48. et Libr. IV. Reſp. 12. n. 1. ſqq.
BERLICH. P. I. Concl. 64. n. 105.
STRUV. in Synt. Iur. Civ. exerc. 44. th. 47.
MEVIUS ad Ius Lub. L. III. Tit. 1. art. 12. n. 12.
et complures alii.

c) quam M. PELLER in Diſſert. peculiari de curat. bonorum in concurſu credit. eorumque praelatione cap. IV. §. 6. illuſtravit.



d) Vid.

d) Vid. *Comment. ſuccincta* in Cod. iuris ſtatutar. Nor. ad hunc tit. et legem.

e) teſtante C. D. MAYERO *in deſſen kurzem Begriff und Anvveiſung, vvie ſich in vorkommenden Concursfällen zu verhalten, nach Anleitung der loeblich. Nürnbergiſchen Reformation*, p. 24. ſqq.

## §. XXVII.

Collectas civium Norimbergenſium, itemque in ſuburbio Wöhrd et Goſtenhof degentium resque illis annexas *adminiſtrat das Loſung-Amt*, officium Inclytum Magiſtratum ipſum repraeſentans, huic tamen ſubordinatum. Conſtituunt illud duo primores ordinis ſenatorii, Duumviri, Quaeſtores, Germ. *Loſunger* dicti, quibus demandata eſt cura aerarii. Accedit pariter ſub nomine *eines Loſungers, der älteſte Rathsfreund aus den Handwerkern.*

Quaeſtoribus a conſiliis ſunt tres Patricii, qui *Loſungräthe* nominantur, et omnia curam aerarii concernentia tractant, in ſpecie autem ab omnibus officialibus et dicaſteriis rationes quotannis repoſcunt et recognoſcunt.

Porro huic officio additum eſt *das Loſung-Reſtanten-Amt* cum quatuor Deputatis et duobus officialibus, de quo ſupra egi, cui etiam adiunctum eſt *das Münzviſitations-Amt*, cum iſto non ita pridem combinatum, et *das Schau- oder Zahlungs-Amt*, quod iterum duo officiales, *der Schau-Amtmann* et *Caſſier*, conſtituunt.

## §. XXVIII.

Tractavi hactenus collectas perſonales atque reales, tam ordinarias, quam extraordinarias a civibus Norimberg. praeſtandas. Reſtant adhuc

C) *collectae mixtae*, quae iterum ſunt vel *ordinariae*, vel *extraordinariae*.

Ad *priores* refero tributum, quod ſinguli cives in officio publico Norimbergenſi conſtituti e reditibus, tam fixis, quam accidentalibus officiorum ſuorum, ſub titulo *der Beſoldungs-Steuer*, vigore decreti Perilluſtr. Senatus d. d. 12. Febr. 1692. et 12. Ian. 1744, *mit 2. floren.* pro centum quotannis perſolvere tenentur. Poſtquam vero ſolutio huius tributi a multis vel plane omiſſa, vel a qui-

a quibusdam nec rite, nec legitimo modo, praeſtita fuiſſet, Inclytus Magiſtratus Nor. ſ. 17. Oct. 1768. ſtatuit, ut quilibet novus officialis ſtatim poſt ſuſceptionem officii ſui, loco dicti tributi, *der Beſoldungs-Steuer*, aerario publico certam et determinatam ſummam paratae pecuniae melioris notae, ſ. *in groben Geldſorten*, reditibus ſuis congruam, ſub titulo *eines unverzinnslichen Amts-Vorlebens*, deponat, cuius uſurae tam diu, quam ipſe ſuo officio fungitur, plane ceſſant, mortuo vero officiali pecunia mutuo data heredibus eius redditur.

## §. XXIX.

Ad collectas civium Norimbergenſium

C) *mixtas*, illasque *extraordinarias* pertinent

A.) tributa ſ. gabellae *de rebus ad victum pertinentibus praeſtanda.*

Ius huiusmodi tributa exigendi reſpublica Norimberg. iam exercuit ſeculo XIV et nititur, ut ſupra §. 7. huius Cap. monui, privilegiis Caeſareis, praecipue iſto, quod Imperator Henricus VII et Carolus IV Inclyto Magiſtratui Norimberg. dederunt, et Sigismundus Imp. 1429. et 1433. confirmavit, in quo expreſſis verbis confitetur, Auguſtos anteceſſores ſuos, Henricum et Carolum, glor. memor. magiſtratui et civitati Norimbergenſi per privilegia clementiſſime conceſſa et in copia vidimata exhibita indulſiſſe, *daſs die Rathgeben und Schepffen derſelben Stadt (Nürnberg) bey geſwornen Eide, bey In in der Stadt zu Nürnberg auf allerley Vngelte auſſetzen, und das in derſelben Stadt gemeinen Nutze nemen, wenden vnd keren ſollen vnd mögen von allermennielich vngehindert etc.*

Quod verbis ſequentibus confirmavit: *Daz die Rathgeben vnd Schepffen derſelben Stadt zu Nürnberg, gegenwertige vnd kunfftige, oder der merer Teil vnter In auf allerley, es ſey Korn, Getrede, oder wie das Namen hat, bey In in der Stadt zimlich Vngelt ſetzen, vnd zu derſelben Stadt gemeinen Nutz nemen vnd keren ſollen vnd mögen, wenne ſie des, nach Erkent-*

 *nuſse*

*nuſse Ires Rats oder merern Teils vnter In auf Ir Eide Notdorfft dunckt ſeyn* [a]).

Poteſtate itaque, a rebus victui inſervientibus tributum ſive gabellam exigendi, reipubl. Norimberg. conceſſa, Magiſtratus, ad ſuſtentanda onera publica, eiusmodi tributum impoſuit

I.) *potulentis*, ſub nomine *der Trankſteuer*, ſive *des Umgelds*, et quidem

a) *vino;* Iam ſupra §. 6. huius Cap. docui, huiusmodi gabellas ſ. *das Weinumgeld* An. 1397. in uſum veniſſe et a quolibet plauſtro vini 2. florenos penſitandos fuiſſe; annis vero ſubſequentibus ſcil. 1434. 35. 48, 1546. 53. 64, 1625. 1632. etc. adaugebatur, et adhuc hodie *nebſt dem Kriegsaufſchlag* ſolvitur.

b) *vino aduſto*, de quo *das Brandwein-Umgeld* praeſtatur.

c) *cereviſiae;* de quo gabella *das Bier-Umgeld* An. 1546. primum impoſita ad noſtram uſque aetatem durat.

d) *aceto;*

e) *mulſo.*

Tributum ex his ſub nomine *Eſſig- und Meth-Umgelds* ſolvendum attingit ne dimidiam quidem partem *des Wein-Umgelds.*

Etymologiam vocabuli *Umgeld* explicat celeb. WILLIVS *in den Nürnbergiſchen Münzbeluſtigungen.* Norimbergae autem haec gabella iterum eſt duplex, ſcil. *das Stadt-Umgeld, und das Land-Umgeld.* Officium illam adminiſtrans audit *das Umgeld-Amt.* Huic praeſunt tres Deputati ſenatorii ordinis, quibus ſubordinantur tres officiales, qui *Umgelder ſ. Umgelds-Amtleute* ſalutantur et *ein Land-Umgelder.* Porro illi ſubſunt *ein Kauf-Keller- und Niederlag-Amtmann*, omnes oenopolae, caupones mulſi, *ſ. die Methſchenken*, item qui virga arithmetica, quantum dolia capiant, explorant, *ſ. die Viſirer*, nonnulli vietores, quorum fidei emporium vini *die Wein-Niederlage* commiſſum eſt. Prior, *das Stadtumgeld*, comprehendit gabellas a vino et a potulentis, quae in urbe Norimb. ipſa coquuntur, et non ſolum a civibus, ſed etiam a peregrinis ibidem commorantibus bibuntur, ſolvendas, poſterius vero, *das Landumgeld*, tributum tam a potulentis in ipſa quidem urbe Nor-

Nor. praeparatis, ſed extra illam etiam a civibus ipſis conſumtis, quam e potibus extraneis, v. gr. *von fremden Weinen und Bieren*, praeſtandum.

Contributiones e quibusdam vinis atque cereviſiis exoticis ſolvendae ſuperant *das Stadtumgeld*, alioquin vero tributum, quod a potulentis Norimb. extra urbem exhauſtis ſub nomine *des Landumgeldes* penſitatur, vix dimidiam facit ſummam *des Stadtumgeldes*.

Ceterum notandum, hocce tributum, ſimiliter ut *der Burgergulden* et *die Loſung*, nummis ſymbolicis, a Generoſ. Domino ab IMHOFF l. c. p. 635. et *in den Nürnbergiſch. Münzbeluſtigungen* d. l. deſcriptis, *in das Umgeldamt* non ſolum a civibus perſolvendum, ſed etiam decreto Illuſtris Senatus de 19. Febr. 1739. cautum eſſe, *denen alten Ordnungen, wegen des Umgelds zu inhaeriren, und den bereits ergangenen Verlaſs, daſs der Hausherr hinkünftig für das Umgeld bey fremden Perſonen zu hafften habe, nachzugeben.*

Fiſcum vel magiſtratum, puncto prioritatis, omnibus creditoribus etiam expreſſam hypothecam habentibus, ratione collectarum, quibus et hocce tributum accenſendum eſt, iure communi praeferendum eſſe, iam ſupra demonſtravi. Iure vero Norico [b]) *das Umgeld* ſimiliter, ac *die Loſung*, in concurſu creditorum ſolummodo praefertur creditoribus perſonalibus, adeoque ad quartam claſſem creditorum perſonali privilegio munitorum refertur, ea tamen lege, ut deponentes, reſpublica creditrix, medici, chirurgi et pharmacopolae atque mercenarii etc. *dem Umgeld* adhuc anteponantur. Hoc vero locum tantum habet in concurſibus creditorum, qui in civitate Nor. ipſa formantur, quod enim cives et incolae urbium municipalium aut ſuburbiorum *am Umgeld* reſtant, reliquis creditoribus tam hypothecariis, quam perſonaliter privilegiatis, praefertur per Decr. add. de 22. Mart. 1677. et 15. Iun. 1753.

Porro in favorem *des Umgelds* zythopoeis Norimb. in concurſu creditorum competit ius praelationis perſonale ratione cereviſiae, cuius pretium cives Norimb. ipſis debent, non vero ratione pecuniae iſtis mutuo datae, proptereaque in quarta claſſe collocantur, ita ut primum locum poſt fiſcum obtineant [c]).

 Plura

Plura ad materiam *des Umgelds* pertinentia eiusque originem enarravit celeb. WILLIVS d. l. et *I. Th. X. St.* p. 76. ſqq. quae brevitatis ſtudio omitto.

II.) tributa, quae ab *eſculentis* varii generis exiguntur, e. gr.

a) a *frumento*, quod vectigali cuidam ſ. *Acciſe*, ſub nomine *des Getraid-Aufſchlags* cognito, obnoxium eſt.

Huc etiam referenda eſt farina tam in ipſa urbe Norimb., quam in vicinis molendinis commolita, ut et panes extra illam cocti, in urbe vero ipſa venum expoſiti.

Ad evitandas defraudationes, quae in hac re ſaepius contigerunt, variae extant ordinationes Illuſtris Senatus, et imprimis per decretum de 16. Mart. 1789. promulgatum illi, qui panes exteros, vel eiusmodi farinam clam atque ſubdole invehunt vel recipiunt, graviter notantur, eisque praeter confiſcationem poena dictatur arbitraria. Officium hanc tributi ſpeciem adminiſtrans, A. 1632. conſtitutum, dicitur *das Getraidaufſchlagamt*, et dirigitur a tribus deputatis ſenatoribus Nor., quibus ſubſunt Arcarius, ſ. *der Caſſier*, Antigraphus, ſ. *der Gegenſchreiber, ein Mühlſchreiber, die Mehlſchauer und Mehlwaeger.*

b) ab *avena.*

Vectigal ab illa proveniens et a quolibet medimno ſ. Simra praeſtandum appellatur *das Haberumgeld*, et in rationes refertur ab officiali, qui *Amtmann zum Haberumgeld* vocatur.

Hoc iam A. 1576. conſtitutum fuiſſe, compertum habemus. Ne reditus ex iſto vectigali promanantes diminuantur, Inclytus Magiſtratus Nor. ſ. 27. Iul. 1686., 17. Iul. 1687., 31. Iul. 1715., 10. Febr. 1735., ac denique 20. Ian. 1785. ſanxit: *Daſs ſich die Fuhrleute, bey Strafe der Confiſcation des Hereinführens und Verfütterung ihres eigenen Habers gänzlich enthalten, und nicht eher zum Zuführen der Güter gelaſsen, noch mit Ruckladung von hier verſehen werden ſollen, biſs ſie zuvor durch einen gedruckten- und von ihrem Wirth unterſchriebenen Zettel, bey dem Beſtätter werden bewieſen haben, daſs die weitfahrende mit allen*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

*len ihren Pferden, womit ſie von hier abzufahren gedenken, zweymal* 24. *Stunden vor ihrer Abreiſe in hieſiger Stadt gezehret haetten etc.*

c) ab *animalibus occiſoriis* vectigal, *der Viehzoll* dictus, cuius defraudatio per decretum Illuſtris Senatus d. 19. Sept. 1631. ſerio prohibetur.

d) a variis rebus minoris momenti ad victum pertinentibus, e. gr. a *ſale*, etc.

Interdicitur nempe per decretum Senat. de 17. Maii 1785. aurigis, pandocheis, mediaſtinis, venditio privata ſalis, ſimulque iubentur, ut illud in aediculam ad recipiendum ſal extructam (*in das Salzhaeuslein*) transferant.

Praeter tributa rebus victui inſervientibus impoſita ſunt

B) *et alia*, quae a civibus Norimb. vel generatim, vel ſaltem a quibusdam eorum praeſtari debent, v. c. *vectigalia.*

α) a *rebus tam ad mercaturam quam oeconomiam* civium *ſpectantibus* ſolvenda, quae per decret. Senat. de 15. Dec. 1767. reformantur atque denuo ordinantur, itemque

β) ab *equis*, qui, vigore *der Viehmarkts-Ordnung*, regulariter in publicum mercatum produci, et non niſi praeſente proxeneta, praevia ſolutione unius crucigeri a quolibet floreno pretii emtionis, vendi debent, quam conſtitutionem Illuſtr. Magiſtratus Norimberg. d. 24. Oct. 1786. corroboravit.

γ) *a charta* ſ. *membrana* inſignibus reipubl. Norimberg. *ſignata*, (*von dem geſtämpften Papier*) cui inſtrumenta publica, ſupplicationes, memorialia, contractus, ultimae voluntates, *Abſchiede*, *Ledigungszettel*, remiſſiones, atteſtata, *Urlaub* et reliqua producta eorumque accluſa, inſcribuntur, quod tributum A. 1690. primo in uſum venit, An. 1697. et 1703. vero renovatum ac denique An. 1767. ulterius ampliatum eſt. Taxam definiunt ordinationes, quas Inclytus Magiſtratus dictis annis ſanxit. Eximuntur tamen

a) expeditiones curam atque adminiſtrationem iurium reipubl. Norimberg. itemque cauſſas iuſtitiae et ſtatum politicum concernen-

cernentes, relationes officiorum in cauſſis privatorum, requiſitiones atque copiae, quae partibus ad notitiam ex officio communicantur etc.

b) litterae cambiales in favorem commercii etc.

c) cauſſae pauperum, egenarum viduarum, parentibus orborum etc. itemque ſupplicationes pro impetrando beneficio pauperum, denique

d) vigore ordinationis aſſecurandorum aedificiorum periculo incendii obnoxiorum gratia d. 30 Dec. 1782. ſancitae, eiusque §. 19. exhibita, quae ad hocce inſtitutum ſpectant, eiusque Directoribus primariis inſinuantur.

ß) *das Chauſsée-Geld, Weggeld, Paſſage-Abgab*, quod vectigal ſtatus circuli Franconici omnibus, qui vias regias recentioribus temporibus artificioſe munitas, *die Chauſséen* dictas, equis vel iumentis ingrediuntur, vi concluſi de 18. Febr. 1773., impoſuere, et etiam in noſtris regionibus, ſtatis locis plerumque *mit einem Kreuzer*, in quibusdam vero viis *mit zween Pfenningen* a quovis equo vel iumento ſolvitur.

Praeterea quilibet civis Norimb.

ε) ad ſublevandos et alendos pauperes quotannis *eleemoſynam* quandam pro modo propriarum opum *in das Stadtallmosamt* conferre debet.

Pertinent huc quoque

ζ) *contributiones*, quas quilibet civis ad conſervationem ergaſterii, ſ. *in das Armen- und Arbeitshaus* ex pacto et convento annuatim ſolvere tenetur. Has aedes Illuſtris Senatus Nor. An. 1769. condidit, ut egeni ad ultimam ſalutis metam detruſi ſuſtententur, mendici otium ſequentes, atque ſtipem oſtiatim a civibus colligentes eosque inſultantes arceantur, perſonis vero a labore non abhorrentibus imo et pueris et puellis quaerendi victus occaſio praebeatur idonea, ſimulque inertia et protervitas mendicorum coerceatur.

a) Vid. *Hiſtor. Dipl. Nor.* n. 331.

b) III. Th. 40. St. p. 314. ſqq.

e) Vid. decreta addit. d. d. 1. Septembr. 1700., 28. Dec. 1701., 29. Ian. 1703. et 3. Apr. 1704.

MEYER cit. loco p. 25. ſq.

## §. XXX.

Altera collectarum provincialium ſpecies

II.) comprehendit tributa ab *incolis* Norimbergenſibus, *den Innwohnern und Schuzverwandten* ſ. *Unburgern*, qui in urbe domicilium conſtitutum habent, atque Inclyti Magiſtratus protectione fruuntur, eoque nomine illius iurisdictioni obnoxii ſunt, praeſtanda.

Ius collectas ab iſtis exigendi confirmant privilegia Caeſarea ſupra §. 7. Cap. IV. allegata, imprimis Fridericianum de An. 1475. ſequentibus verbis: *Ordnen und ſetzen, daz alle Burger und Innwohner, auch alle die, ſo Erbzinſz, güllt, heyſer oder Recht in der Stadt Nuremberg oder auſſerhalb haben, alle und yeglich Loſung, Stewr und andere auffazung, ſo durch die Erſamen unſer und des Reichs lieben getrewen, Burgermeiſtern und Rate daſelbſt aufgeſezt ſein oder ye zu Zeitten zu notdurfft und nuz der Stadt aufgeſezt werden, an die ennde, da das von Rats wegen einzunehmen bevolhen wirdet, geben und raichen, und darinne die Innwoner den Burgern gleich mittragen, leyden und phlichtig und des in cheinerley Weiſe noch Wege nit frey noch ledig ſein ſollen.*

Hinc etiam Perilluſtris Senatus per decretum de 30. Oct. 1702, incolis iniunxit, ut ſuo imperio ſe ſubmittant, et quotannis tributum, quod *Schuzgeld* nominatur, perſolvant. Sunt vero incolae duplicis generis, unum eorum, qui *honoratiores* audiunt, alterum eorum, qui *in ſignificatu ſpecialiori incolae* nuncupantur [a]). Ius incolatus non niſi per anni ſpatium conceditur atque indulgetur, ſimulque certa et determinata ſumma pecuniae ſub nomine *des Schuzgeldes* in anteceſſum ſolvitur, anno vero peracto incolae protectionem Magiſtratus vel iterum petere debent, vel iterata pecuniae praenumeratae exhibitione et acceptatione tacite obtinent. Praeſtant itaque incolae



A) ordi-

A) *ordinarie* ſingulis annis certam atque conventione definitam ſummam pecuniae, quae *das Schuzgeld* dicitur, et praeterea quilibet eorum duos ſiſtit fideiuſſores, quos de iſta cavere et unacum incolis litteris reverſalibus deſuper exhibendis ſubſcribere oportet. In determinanda vero illius quantitate non uno eodemque modo proceditur.

Quod enim ad *honoratiores* attinet, in eorum facultates minime inquiritur, ſed certa pecuniae ſumma arbitrio Senatus definita ab illis exhibetur. *Incolae* autem *in ſignificatu ſtrictiori* ita nominati opum ſuarum facultatumque rationem aperire debent, ut intelligatur, quantum ſolvere debeant, ſi annuum tributum (*die jährliche Loſung*) ab iis exigatur. Eadem enim proportio in determinanda iſta pecunia obſervatur; quare etiam, ſi durante incolatu nova nanciſcuntur bona, annuum cenſum, quemadmodum cives, de iis bona fide praeſtare tenentur.

Id tamen monendum, quod a civibus tributum, *die Loſung* nummis ſymbolicis, ab incolis vero *das Schuzgeld* conſueto monetae genere ſolvatur.

B) *Extraordinarie* penſitant collectas, quas Inclytus Senatus urgente neceſſitate imperat. Incolae honoratiores ſe, ad perferenda onera extraordinaria concurrere, illaque pariter, ac cives, ſuſtinere velle, in litteris reverſalibus ſponte promittunt hac formula: *Mich auch bey auſerordentlichen Vorfallenheiten dem gemeinen Mitleiden nicht zu entziehen.* Reliquis vero incolis id ipſum verbis praeceptivis iniungitur[b]). Antehac etiam peregrini de bonis immobilibus cenſum, qui *Loſung* appellatur, exhibere debebant. Prohibitum ſcil. erat per decretum Inclyti Magiſtratus de 11. Decembr. 1638. ne cuique eorum, qui civitatis iure non erant donati, bona immobilia venderentur; veruntamen permittebatur, ut bona immobilia, quae iure crediti ad peregrinos venerunt, illis adiudicarentur, ea tamen lege, ut intra duorum annorum intervallum civi iterum venderentur, deque illis intra hoc tempus annuus cenſus (*die jährliche Loſung*) ſecundum pretii ſoluti quantitatem praeſtaretur. Recentioribus autem Perilluſtris Senatus decretis haec adiu-

adiudicatio bonorum immobilium penitus ſublata et interdicta eſt c). Incolis vero mitior ſors contigit, quibus interdum bonorum immobilium acquiſitio indulgetur, eo pacto, ut civis alicuius nomine emtio venditio celebretur, qui ſe ad ſolutionem omnium onerum obſtringere debet d).

C) tenentur ad praeſtationem collectarum *mixtarum*, quas ſupra indicavi. Condicere enim debent, ſe eſculenta ac potulenta, pariterque omnia, quae ſibi neceſſaria ſunt, in ipſa urbe a civibus eſſe emturos e). In fauorem civium, commercium incolis conceſſum, uariis circumſcriptum eſt limitibus.

Dicaſterium, quod contributiones incolarum determinat, atque lites eas reſpicientes dirimit, audit *das Unburger-Amt*, quod quatuor deputati ex ordine ſenatorio iuncto ſecretario (*dem Burgerſchreiber*) conſtituunt.

a) Cf. Viri Conſult. C. DEINZERI Diſſ. inaug. de incolatu Norimb. §. 2.

b) Idem c. l.

c) decr. de 4. Dec. 1744. et 15. Sept. 1759.

d) DEINZER d. l. Cf. Decr. Add. de 30. Aug. 1644.

e) Vid. decret. ſupra allegatum de 30. Oct. 1702., quod *des Umgelds*, *Aufſchlags* etc. expreſſis verbis mentionem facit.

## §. XXXI.

Transeo nunc

III.) ad explicationem tertiae ſpeciei collectarum provincialium, quam cives et incolae civitatum municipalium reipubl. Norimberg. ſubiectarum itemque ſubditi atque reliqui poſſeſſores praediorum ruſticorum, unacum inquilinis, mercenariis ac viduis eorum in pagis degentibus, ſub titulo *der Land- oder Bauern-Steuer* perſolvunt. Reipubl. patriae ius collectandi generaliter iam ſeculo XIII. per multifaria privilegia Caeſarea conceſſum fuiſſe, ideoque et perſonas modo enumeratas a collectis neutiquam vacare, ſupra §. 7. huius Cap. luculenter demonſtravi. Quare ulteriori diſquiſitioni diutius immorari ſane ſupervacaneum foret.

 Miſſis

Miſſis igitur ambagibus repetitionem iamiam dictorum invol- ventibus ad illuſtrationem ipſam *der Land- und Bauernſteuer* me ſtatim accingam.

Collectae provinciales ſub nomine *der Land- und Bauernſteuer* venientes iterum ſubdividuntur in

a) *perſonales*,

b) *reales* ſ. *patrimoniales* et

c) *mixtas*,

easque vel *ordinarias* vel *extraordinarias*.

Singulas harum collectarum ſpecies mihi breviter ſtrictimque dilucidaturo nonnulla, praeſertim modum ipſum ſteurandi et con- ditionem ſteurarum attingentia, praemittere liceat.

## §. XXXII.

Collectarum provincialium (*der Landſteuer*) *adminiſtratio* nunc ab Inclyto Senatu Norimbergenſi demandata eſt *praetorio cenſuali*, *dem Landſteuer-Amt*. Annus quidem, quo illud primum con- ſtitutum fuit, latet, id tamen certiſſimum eſt, ab anno 1489. us- que ad annum 1566. duos Senatores immediate e gremio Sena- tus denominatos ei praefuiſſe. Poſtquam autem reſpubl. Norim- berg. An. 1504. nonnulla oppida municipalia iure belli occupa- verat, An. 1513. ad expedienda negotia admodum multiplicata Curia inſtituebatur Provincialis, *das Landpfleg Amt*, cum qua An. 1566. Praetorium cenſuale coniungebatur. Primus et tertius Do- minorum Provincialium ſ. *Landpfleger* audiunt *die Steuerherren*, et res collectas reſpicientes curant, cauſſarum altioris indaginis deci- ſionem autem ſive univerſi Collegii Dominorum Provincialium, ſive ipſius Inclyti Magiſtratus arbitrio, praevia relatione, relin- quunt. His additus eſt Secretarius Cenſualis, *der Steuerſchreiber*, itemque Regiſtrator ſ. commentarienſis, *der Steuer-Regiſtrator*, quorum uterque a Perilluſtri Senatu denominatur.

Porro Praetorio cenſuali ſubſunt ratione exactionis collecta- rum Praefecti atque Grammatei oppidorum municipalium, item- que Capitanei, *Steuerhauptleute* dicti, tam in praefecturis provin- cialibus, quam in regionibus civitati Norimberg. vicinis, et in cer-

certos diſtrictus ſ. *Hauptmannſchaften* diſtinctis, qui e numero paganorum eliguntur, et inter alia officia etiam ad curandas haſce contributiones ſacramento obligantur.

## §. XXXIII.

Ad eruendam aequam normam, quantum quisque contribuere debeat, omnino *aeſtimatio bonorum collationi obnoxiorum* requiritur. Hunc in finem publica auctoritate conſtitui ſolent viri probi, prudentes atque honeſti, qui in facultates cuiuscunque inquirunt, easque collectae imponendae cauſſa explorant, atque *Cenſitores*, *Schaezer*, dicuntur. Hi iurare debent, ſe officio ſuo fideliter ſatisfacturos, ut peraequatis bonis aequa lance indictio procedat; quare cenſendi olim formam, qua continebatur tam perſonarum quam bonorum deſcriptio, accuratiſſime ſervabant, quod et noſtris temporibus fieri ſolet *). Haec deſcriptio redigitur in cataſtrum ſ. aeſtimum, quod *die Steuerbeſchreibung* appellatur, atque ex illo conficiuntur libri cenſuales, *die Steuer-Regiſter*. Huic cataſtro inſeruntur nomina poſſeſſorum praediorum immobilium ruſticorum eorumque domini directi, (*Eigenherrſchaft*) praedia ipſa, quae quilibet poſſidet, eorumque pertinentiae et iura praediis inhaerentia, e. gr. ius cauponariam exercendi, molendi, braxandi etc. porro recenſentur agri, prata, ſylvae, piſcinae et reliqui fundi, cuius poſſeſſionem ſeorſim unusquisque tenet, eorum quantitas et qualitas, num ſcil. feuda, ſ. allodia, *Leben oder Eigen*, onera fundis annexa, item ſumma pretii, quo praedia emebantur, et quo nunc vendi poſſent, pecorum, quae poſſeſſor praedii alit, nec non pecuniae, quam iſte foenori dedit et denique aes alienum ab ipſo contractum, ſ. *die Paſſiv-Schulden.*

Libri cenſuales ſolummodo continent nomina poſſeſſorum atque ſummam, quam quotannis contribuere debent et annuatim perſolvunt. Nomina reliquatorum indici ſpeciali, *dem Steuer-Reſtanten-Regiſter* inſeruntur.

Eiusmodi aeſtimationem bonorum Inclytus Senatus Norimbergenſis e. gr. An. 1541. ſuſcipiendam curavit. Quemadmodum vero omnia perpetuis viciſſitudinibus ſunt expoſita, ita etiam rerum ad

ad collectas pertinentium pretium ſucceſſu temporis ſaepius vel augetur, vel minuitur. Quare, elapſis aliquot annis, ad ſervandam aequalitatem, atque ad conſervationem iuris collectandi opus eſt reviſione. Hunc in finem Perilluſtris Senatus Norimbergenſis, interiecto aliquot annorum ſpatio, e. gr. An. 1594. 1651. etc. dictam aeſtimationem denuo revidere iuſſit, ut Inſtructiones typis expreſſae, *wie es mit der Steuer Anlag eines Erbarn Raths Unterthanen, vnd auch der Nürnbergiſchen Güter vnd Stück halben ſoll gehalten werden,* clare docent. Quod ultima vice anno 15. et ſqq. huius ſeculi evenit.

Actu aeſtimationis et reviſionis ad finem perducto conſtituitur ſumma, quam quilibet ſolvere debet, et in libros cenſuales denuo refertur.

a) Cf. F. B. PANZERI Diſſ. de collectis p. 23. ſqq.
Rec. Imp. Spir. de An. 1544. §. 46. *und damit nun* etc. et §. 52. *und damit dieſe* etc. ſq.

## §. XXXIV.

Exactionem harum collectarum praecedit *indictio.* Quovis ſcil. anno menſe Sept. Praetorium cenſuale Inclytum Magiſtratum per relationem in litteras redactam certiorem facit de ſtatu praeſenti civium municipalium et ceterorum ſubditorum, de fatis, quibus praecedente anno iactabantur etc. Enumerantur tributorum ſpecies, quae iſtis praeterlapſo anno irrogabantur, et quantum earum ſumma faciebat, ſimulque conditiones futurarum indictionum in forma proclamatis, ſive inſtructionis, quae *der Steuer-Vortrag* dicitur, proponuntur. Magiſtratus, ponderatis his propoſitionibus, illas per decretum vel approbat, vel praeſtationes neceſſitate urgente ſive auget, ſive, ſi res ita ferat, minuit. Quo facto Capitanei ruſtici in regionibus civitati Norimberg. vicinis (*die Steuer-Hauptleute in den Hauptmannſchaften*) partim in aedibus Praefecturae Goſtenhofenſis, partim in domo iaculationibus ſolennibus dicata prope coemeterium D. Ioanni ſacratum (*auf dem Schiesbaus bey St. Iohannis*) congregantur, illisque, praeſentibus duobus Dominis Provincialibus, adminiſtrationi collectarum praepoſitis, qui *Steuerherren* nuncupantur, a Secretario cenſuali, *dem Steuerſchreiber,*

*ber*, proclama iſtud ſ. *der Steuer-Vortrag* clara voce praelegitur et *publicatur*, illisque imperatur, ut quilibet ſubditos regionis ſuae (*die Unterthanen in ſeiner Hauptmannſchaft*) de hac indictione faciat certiores. In praefecturis autem provincialibus publicatio a Praefectis atque Grammateis peragitur.

## §. XXXV.

Indictionem collectarum ſequitur earum *exactio*. Brevi tempore poſt publicationem *des Steuer-Vortrags* Capitanei atque ſubditi ipſi per ſignaturas admonentur, ut in loco, qui expreſſe huic negotio deſtinatur, coram Dominis Provincialibus, vel ablegato officiale Dicaſterii Cenſualis, in praefecturis autem coram Praefecto et Grammateo, frequenter compareant atque collectas debitas conferant, negligentibus vero poena pecuniaria comminatur.

Collectae revera praeſtitae in libro cenſuali *dem Steuer-Regiſter* annotantur, praetereaque iis, qui ſolverunt, teſtimonium ſolutionis, apochae loco, libellis cenſualibus, *den Steuer-Büchlein*, inſcribitur. Qui praefixo die collectas praeſtare neglexerunt, vel impediti fuerunt, inſequenti tempore Secretario in Praetorio cenſuali illas tradunt, qui autem in debitis reſiderunt, eorum nomina atque reſidua catalogo reliquatorum inſeruntur, de quibus infra pluribus agam.

Pecuniarum pro collectis ſolutarum rationem Praetorium Cenſuale quotannis reddit, et pecunias ipſas ad aerarium publicum confert, ut ope illarum ſumtus ad conſervandam rempublicam, praecipue vero ad alendos milites neceſſarii ſuppeditentur.

## §. XXXVI.

Nunc me ad illuſtrationem ipſam harum collectarum provincialium convertam.

Collectae a) *Perſonales ordinariae* comprehendunt

1) tributum iſtud, quod officiales et miniſtri, tam eccleſiaſtici, quam laici (*die geiſtlich- und weltlichen Bedienten*) qui iure civitatis Norimb. non ſunt donati, v. c. *die Schulmeiſter, Meſsner, Förſter, Amtknechte auf dem Land*, a reditibus officii, quo funguntur,

guntur, quotannis circa feſtum S. Simonis et Iudae, ſub titulo *der Bedienten-Steuer*, praeſtare tenentur, cuius quantitas determinatur pro modo redituum ipſorum.

2) penſitationem, quam incolae urbium municipalium et ruſticorum inquilini, itemque illorum viduae quotannis dicto tempore praeſtant, ſ. *die Beſtändners-Steuer*. Incolae ſcil. qui opificia tractant, vel cum oleribus, animantibus volatilibus aliisque rebus minoris momenti ad victum pertinentibus mercaturam agunt, atque ex hac ſibi quaeſtum quaerunt, (*die Gärtner, Högler, und Reſträger*) ad praeſcriptionem *des Steuer-Vortrags* annuatim ſolvunt unum florenum et 12. crucigeros, ſ. *achtzehen Bazen*, mercenarii autem et reliqui inquilini, neque immobilia poſſidentes nec ex mercaturae cuiusdam genere lucrum capientes 36. crucigeros ſ. 9. *Bazen*, et tandem earum viduae opibus plane deſtitutae 18. crucigeros. In ſumma paupertate viventibus vero vel plenarie, vel pro parte remitti ſolet.

Incolas generatim ad praeſtationem harum collectarum obſtrictos eſſe, conſtituitur per decretum Inclyti Senatus Norimberg. de 18. Dec. 1700., ſub 16. Sept. 1739. renovatum, in quo verba legimus: *Demnach mit Miſsfallen vorgekommen iſt, was maſſen verſchiedene Beſtändnere, ſo ſich in den Gärten oder ſonſten auf dem Land in den Herrenhäuſern und Herrenſizen um hieſige Stadt beſtandsweiſe aufhalten, an der Steuer ein nambaftes ruckſtellig ſeyen, und zum Theil ſich derſelben gar zu entziehen, unterſtehen; als ſollen die ſämmtliche Eigenherren, hinter welche dergleichen Beſtändnere mittel- oder unmittelbarerweiſe gehören, ſolche zu der Gebühr anweiſen.* Idem ſancitur in decreto de 13. Sept. 1703., ita tamen, ut inquilini in caſtris nobilium (*in Herrenſizen und Schlöſsern*) habitantes et nomen inſpectoris ſ. praefecti (*eines Voiten*) gerentes, a collectarum ſolutione plane eximantur.

## §. XXXVII.

Collectas *Perſonales extraordinarias* conſtituunt

a) tributum ab officialibus provincialibus iure civitatis Norimb. non gaudentibus, praeſtandum, exigente neceſſitate *interdum*, ſub

ſub titulo *einer Extra-Bedienten-Steuer*, ad modum collectae ordinariae, *extra ordinem* penſitandum. Porro

b) perſonae §. anteced. nominatae ſub titulo *der Extra-ſive Quartal-Steuer* ſolvunt duas quintas partes dictae contributionis ordinariae, i. e. incolae, opifices, *Gärtner und Reſträger* 30 *Kr.* mercenarii 15. *Kr.* et viduae $7\frac{1}{2}$ *Kr.*

Hoc tributi genus cum hodie quotannis circa diem Laurentio dicatum exigatur, non immerito collectis ordinariis accenſendum eſſet: quoniam vero antiquioribus temporibus nondum obtinuit, ſed ſub initium demum huius ſeculi invaluit, atque, ut iam denominatio innuit, inter onera ad tempus tantum ferenda, refertur, huic potius inter collectas perſonales extraordinarias locum aſſignandum eſſe putavi. Denique

c) interdum, cogente neceſſitate, collectae provinciales generaliter extra ordinem indicuntur, ideoque earum praeſtatio etiam officialibus ſupra dictis atque incolis incumbit.

Quare etiam, tam priſtina, quam noſtra aetate, collectas diverſis temporibus ſub vario nomine, e. gr. *der Extra-Fourage-Wegſteuer* etc. impoſitas, de quibus infra pluribus dicetur, iure meritoque contribuere tenebantur.

## §. XXXVIII.

II.) Collectae *provinciales reales* ſ. *patrimoniales ordinariae* ſolvuntur a poſſeſſoribus praediorum ruſticorum immobilium cenſui, qui *Loſung* nuncupatur, non ſubiectorum. Hinc domus, curtes, horti, agri, prata, ſylvae, piſcinae, decimae rurales (ſ. *die Zehenden*) et reliqui fundi, tam in praefecturis Norimberg. quam regionibus civitati patriae vicinis (*in den Hauptmannſchaften*) extantes earum praeſtationi ſunt obnoxii. Sunt autem huiusmodi praedia et fundi vel allodia, quibus etiam *die walzenden Stücke* adnumerantur, vel feuda, et haec iterum ſive curiae feudali Norimb. ſive extraneae cuidam clientelae iure obſtricta. Nil tamen refert, dummodo dominus directus illorum ſit civis Norimbergenſis; reipubl. patriae enim, ut privilegia ſupra §. 7. huius Cap. allegata comprobant, in utroque caſu ius, collectas ab eorum poſſeſſoribus

bus exigendi, competit. Saepius quidem vicinae quaedam curiae feudales illud impugnare conabantur, ſed, ut infra pluribus docebo, archidicaſteria imperii lites deſuper ad ipſa devolutas ſemper in favorem reipubl. Norimberg. etiam quod ad feuda attinet, decidebant.

## §. XXXIX.

Praedia ruſtica collectis obnoxia regulariter *neutiquam*, in praeiudicium aerarii publici, *civibus Norimberg. vendenda*, neque ruſticorum manibus extorquenda eſſe, Perilluſtris Senatus per decretum de d. 15. Sept. 1706. ſtatuit: *Es iſt ertheilt, an alle Aemter den Befehl ergehen zu laſſen, daſs man die in der Steuer liegende Güter und Höfe künftig nicht mehr Bürgern verkaufen, ſondern in Bauern-Händen verbleiben laſſen ſolle, weil ſonſt der Frohn und Vorſpann halber, auch in andere Wege, man nur viel Ungelegenheit zu erwarten hat;* et per decreta d. d. 1. Mart. 1720, 31. Octobr. 1722, et 1. Mart. 1726. confirmavit. Imprimis vero decretum ſub 10. Iul. 1728. promulgatum Iudaeos ab acquiſitione immobilium penitus arcet. Decreto denique de 11. Aug. 1719. ſtatuitur, ut fundi, qui ut allodia ſub nomine *der walzenden Stücke* poſſidentur, non, niſi ſubditis Norimbergenſibus, vendantur. Multo minus alienatio eiusmodi praediorum in forenſes toleratur, et ab Imper. Carolo VI. per privilegium de 13. Mart. 1713, de quo infra dicetur, expreſſis verbis prohibetur. Nihilominus tamen cives Norimberg., quidquod et extranei eiusmodi praedia et fundos interdum vel iure hereditatis, vel ex alio capite acquirunt, iisque pro ratione circumſtantiarum poſſeſſio illorum indulgetur: quo vero caſu per decretum ſupra allegatum de 11. Aug. 1719. ad praeſtandas ſteuras atque cetera onera realia, aeque ac reliqui ſubditi Norimberg. obſtringuntur, et praetera ſumma pro collectis ſolvenda libellis emtionis inſerenda eſt. Quilibet itaque poſſeſſor horum praediorum, quorum domini directi iure civitatis Norimbergenſis ornati ſunt, ſive ſit ſubditus, ſive civis Norimberg. ſive extraneus, ad praeſtandas collectas merito tenetur, et reſpectu horum praediorum pro ſubdito habetur. Imo et nobiles, qui bona ruſticorum emerunt, ratione illorum ſervitiis et oneribus ſunt obnoxii,

noxii, propteréaque collectae non minus ab emtore nobili, quam a ruſtico praeſtandae ſunt *).

*) Cf. BESOLDI theſ. pract. ſub voce *Steuer, Sazung.*

## §. XL.

*Quantitatem* pro collectis realibus ordinariis penſitandam dictat inſtructio, *der Steuer-Vortrag*, et nititur pretio, quo praedia et fundi aeſtimati ſunt. Solvuntur ſcil. quotannis circa feſtum S. Simonis et Iudae a ſingulis centenis florenis (*von jedem hundert Capital-Vermögens*) *fünf und zwanzig Bazen*, ſive unus florenus et 40. crucigeri; huiusque rei haec eſt ratio: Occaſione noviſſimae reviſionis An. 1715. etc. peractae pretium praediorum atque fundorum ſtatuebatur, quo tunc vendi potuiſſent; ab hoc deducebatur aes alienum, quod poſſeſſores tempore emtionis contraxerant et adhuc debebant, vel integrum, vel pro parte, de reſiduo vero ex aequo et bono certa pars, interdum dimidia, tertia, quarta etc. obiectum collectis obnoxium conſtituebatur. Quodſi igitur ſubditus quidam praedium pro mille florenis emerat, ducentos autem florenos adhuc debebat, his detractis, e quarta parte ſummae reſiduae, i. e. 800. flor., e ducentis ſcil.florenis, collectas ſolvere debebat, quae, cum de centum florenis 25. *Bazen* numerentur, e 200. flor. ſummam 3. flor. 20 crucig. faciebant.

Quamvis vero pretium fundorum ab iſto tempore, quo taxabantur, nunc magnopere immutatum ſit, praetereaque ſtatus paſſivus ſubditorum plerumque mutationem ſit expertus; nihilominus tamen quantitas A. 1715. etc. definita adhuc hodie pro norma habetur, et, nulla habita ratione, utrum poſſeſſores praediorum aere alieno premantur, nec ne, tanquam onus reale fundo inhaerens exigitur. Ad obtinendam itaque aequalitatem ex omni parte iuſtam et eruendam normam noſtris temporibus magis congruam non immerito deſideratur, ut praedia collectarum praeſtationi ſubiecta de novo aeſtimentur et revideantur.

## §. XLI.

Porro *collectae reales ordinariae* imponuntur etiam *rebus mobilibus*, e. gr.



a) *pecu-*

a) *pecuniae* ſ. otioſae, ſive foenori datae, ſub nomine *der Capital-Steuer*.

Antehac a centum florenis contribuebantur 50. crucigeri, noſtra vero aetate, ex praeſcripto *des Steuer-Vortrags*, 35. crucigeri unacum collectis ex immobilibus debitis eodem tempore praeſtantur. Imperantur vero hae collectae omnibus, qui iure civitatis ipſius Norimb. non ſunt donati, i. e. ſingulis civibus municipalibus, incolis atque ſubditis Norimb., et quidem ſub poena confiſcationis pecuniae, quam reticuerunt. Denique

b) in numerum rerum mobilium collectationi obnoxiarum etiam veniunt *pecudes*, et quidem hodie equi, boves et vaccae. Pretium eorum eſt determinatum, ſcil., equus pro 15. flor., bos pro 15. flor., et vacca pro 8. flor. aeſtimatur, et ſummae additur, quo praedia ipſa, in quibus aluntur, aeſtimata ſunt, ideoque collectae ab illis praeſtandae unacum collectis de praediis ſolvendis pari ratione exiguntur.

Olim quidem, e. gr. An. 1541., etiam frumentum et pabulum in horreis conditum, lignum cremiale et quicquid in patrimonio ſubditorum erat, v. c. oves, ſues et reliquae pecudes, collectis onerabatur, et, exceptis utenſilibus, veſtimentis, armis, curribus, aratris, et ceteris inſtrumentis ruſticis, nihil eximebatur; noſtris autem temporibus ſolummodo collectae ſupra enarratae ſolvuntur, et reliqua a collectarum praeſtatione ſunt immunia.

## §. XLII.

In *collectarum realium ſ. patrimonialium extraordinariarum* numerum computantur

a) collectae, quas ex immobilibus cives municipales et ſubditi, de rebus vero mobilibus, ſcil. pecunia et pecude, iidem unacum incolis et inquilinis ruſticorum ſub denominatione *der Extra-Quartal- oder Laurenzi-Steuer*, perſolvunt. Harum collectarum impoſitio demum circa finem ſeculi proxime elapſi invaluit, ab iſto vero tempore usque ad noſtram aetatem illae quotannis penſitabantur, proptereaque in claſſem collectarum ordinariarum referendae fuiſſent, ſed, ex ratione ſupra

§. 37.

§. 37. adducta, tributis extraordinariis illas potius accenſendas eſſe putavi.

Quantitas pro iſtis ſolvenda pariter nititur aeſtimatione pretii praediorum etc. et praeſcribitur *in dem Steuer-Vortrag.* De centum ſcil. florenis cives municipales et ſubditi *in der Hauptmannſchaft Heiligen Kreuz* unacum civibus ſuburbii *Goſtenhof* quartaliter 15¾. crucig. reliqui ſubditi autem, qui praeter has collectas etiam contributionem pro alendis militibus antehac apud illos in hybernis collocatis (*das Soldaten Reuter oder Quartier Geld*) pro ſex menſibus hyemalibus conferunt, pro termino Walburgis 20. crucigeros et pro termino Laurentii iterum 20. crucigeros de centum florenis ſolvere tenentur. Id vero tantum in collectis ex immobilibus praeſtandis, quibus et pecudes adnumerantur, locum habet, a pecunia autem, ſive in uſum vertatur, ſive ſit otioſa, cives municipales, incolae, ſubditi eorumque inquilini iſta praediti de quibusvis centum florenis 14. crucigeros annuatim circa terminum Laurentii pendere debent.

## §. XLIII.

b) *das Quartier-Soldaten- oder Reutergeld*, ſive contributio ad ſuſtentandos milites, quos reſpublica Norimb. alit, impoſita, cuius §. anteced. mentionem feci. Hocce tributum circa finem ſeculi praeterlapſi originem habuit; antea enim ſubditi militibus Norimb. hiematum miſſis cultum et victum praeſtare ſolebant, poſtea vero, ad declinanda diſſidia inter milites et ſubditos ſaepenumero exorta, hibernis ſublatis, praeſtatio *der Quartier-Gelder* ſurrogata eſt. Ab initio etiam appellabatur *die Kriegsſteuer*, quoniam ad ſuppeditandos ſumtus belli iſto tempore inter ſtatus imperii Rom. Germ. et Turcas gerendi primum imponebatur. Summa pro illis ſolvenda ſaepius vel augebatur, vel diminuebatur, prout res poſtulabat. Hinc praeſtatio huius contributionis collectis accenſetur extraordinariis, quamvis noſtra aetate *die Quartiergelder* quotannis ſolvantur, proptereaque inter ordinarias referendae eſſent. Proportio normam ſolvendi conſtituens valde differt, ita tamen, ut pretii, quo praedia aeſtimantur, ratio, quae in collectis obſervatur,

vatur, hic nunquam habeatur, ſed modulus ſervetur ab origine introductus. Quidam ſcil. contribuunt pro conditione praediorum (*den ganzen, halben, viertels, Höfen, oder den Herdſtätten nach*) in quibusdam pagis ſervatur proportio arithmetica ad dies (*den Tagen nach*) itemque ad numerum militum (*der Mannſchaft nach*) i. e. conſtitutus eſt certus numerus dierum et militum, per quos praedii poſſeſſores vel unum vel plures milites ſuſtentare debuerunt, et ſic plures adhuc extant modi, hocce tributum praeſtandi; ubique tamen eluceſcit, proportionem illius e natura et conditione hybernorum ipſorum, quae olim obtinebant, petendam eſſe. In quibusdam locis etiam inquilini, quidquod et poſſeſſores *der walzenden und Eigenſtücke* ad hoc onus communiter ferendum adſtringuntur, et Inclytus Magiſtratus Norimbergenſis ſolummodo inquilinos aedes ad caſtra nobilium pertinentes inhabitantes per decretum de 14. Sept. 1703. ſqq. his verbis ab iſto liberavit: *Daſs die in denen von Alters her dafür gehaltenen Herrenſizen befindliche Beſtändner, welche keinen Feldbau haben, der Winterquartier-Anlag durchgehends befreyet ſeyn ſollen.*

Reliqui vero inquilini ruſticorum in citato decreto non eximuntur, idcirco ad perſolvendum hocce tributum ex obſervantia praeſcriptione munita paſſim adiguntur. Cum autem, ut ſupra monui, praeſtatio *des Quartiergeldes* in locum *der Natural-Bequartierung*, quae ſolummodo in praediis aedibus et ſtabulis inſtructis ſuppeditari poterat, ſucceſſerit, inquilini vero, qui ipſi alieno hoſpitio fruuntur, aeque ac poſſeſſores fundorum domiciliis deſtitutorum, illam neutiquam praeſtare valeant, exactioni *der Quartier-Gelder* ab inquilinis et poſſeſſoribus *der Eigenſtücke* praeſtandae, album calculum nunquam adiiciam. Interim tamen ad penſitationem dictae contributionis tam diu obſtricti erunt, donec Perilluſtris Senatus Norimbergenſis aliud ſanciat, eosque ab illa exoneret. Solutio harum collectarum ſubditis iniungitur per proclama ſ. inſtructionem, quae *der Steuer-Vortrag* appellatur, eisque imperatur, ut illas intra tres vel quatuor terminos praefixos exhibeant. In quibusdam locis Regiſtrator cenſualis iſtas immediate a ſingulis ſubditis exigit, plerumque vero Capitanei (*die Steuer-Haupt-*

*Hauptleute*) illas colligunt, atque Regiſtratori, qui ſingulis annis earum reddit rationem, coniunctim tradunt. Nomina reliquatorum in cataſtris ſingularibus (*den Reſtanten-Büchern*) annotantur, et debitores ſaepius ad ſolvendum reſiduum admonentur, intermiſſa autem ſolutione remedia executiva adhibentur. Ceterum notandum, et hanc collectarum ſpeciem pro onere reali praediis adhaerente iudicari, ut decretum ſub 21. Apr. 1752. evulgatum, ſub 14. Maii 1761. et 14. Sept. 1787. autem renovatum clare docet.

## §. XLIV.

In numerum *collectarum provincialium extraordinariarum* porro veniunt

c) contributiones *ad muniendas vias publicas* indictae, quae die *Wegſteuer* vocantur.

Cauſſam huius impoſitionis dedit commune decretum Principum et ſtatuum circuli Franconici, ex quo, ad deſiderium Imperatoris, idonea reparatio viarum regiarum atque commercialium ruinis hactenus valde disiectarum, ſanciebatur. Cum vero ſervitia, tam manu, quam iumentis, praeſtanda ad expediendum hoc arduum opus neceſſaria, et onus angariarum harum immodicarum ſubditi perferre neutiquam valerent, Inclytus Senatus Norimbergenſis has operas per opifices et vecturas, quae mercede conducebantur, praeſtari curavit, et ad ſuppeditandos ſumtus, per intimationem de 17. Iun. 1769. publicatam ordinavit, ut ſubditi a iumentis, quae alebant, ſcil. a quolibet equo et bove 1½ floren. et a quavis vacca 45. cruciger. incolae autem et poſſeſſores aedium armentis plane deſtituti 1. flor. 12. crucig., inquilini opifices totidem, reliqui vero 36. crucig. viduae 18. crucig., tandem cives municipales pro modo bonorum collectis obnoxiorum, 8, 4, 3, 2, 1. floren. 45, 30. crucig., eorum vero incolae 30. crucig. tam diu ſingulis annis contribuere debeant, donec refectioni viarum publicarum finis impoſitus fuerit. Sequenti anno 1770 norma ſolutionis harum collectarum erat *die Ordinari-Steuer*, quae usque ad annum 1780. penſitabatur, ab anno 1781. autem uſque ad annum 1786. dimidia pars eiuſdem, et denique ab An. 1787. uſque ad hoc tempus a civibus municipalibus vigeſima pars *der Ordina-*

*Ordinari-Steuer*, a ſubditis vero quadrans tantummodo exigebatur, ita tamen, ut ab anno 1780. inquilini plane ab earum praeſtatione vacaverint.

## §. XLV.

Praeter has collectas extraordinarias, quae, cum noſtra aetate propemodum quotannis ſolvantur, ut iam ſupra monui, certo reſpectu ordinariis accenſendae eſſent, cives municipales et ſubditi Norimberg., efflagitante neceſſitate, ſaepius D) *plane extraordinarias* praeſtare debebant. Ex. gr. An. 1617. Inclytus Magiſtratus Norimbergenſis ad exſtruenda varia aedificia publica, magnam quantitatem lapidum e lapicidinis excidendam curavit. Subditi civitati patriae atque lapicidinis finitimi ad praeſtandas operas publicas et advehendos lapides obſtringebantur, quo vero cum illis, qui nimium diſtabant, et quibus harum operarum praeſtatio fuiſſet nimis onerosa, ſervaretur aequalitas, per mandatum ſub 23. Aug. d. a. publicatum ſubditis contributio pecuniaria numero iumentorum, quae quisque alebat, conveniens indicebatur, et anno 1616. et 1617. ſolvebatur, qui vero iumentis penitus carebant, pro modo praediorum eorumque pretii (*den Höfen nach*) illam penſitabant.

Porro, ad ſuſtentationem copiarum Suecicarum, confoederatis ſtatibus Evangelicis auxilio miſſarum, per decretum Perilluſtr. Senatus Nor. de 17. Iul. 1634. ſingulis pagis praeſtatio decimarum extraordinariarum omnium fructuum iſto anno perceptorum iniungebatur, ita, ut etiam ſundi alias non decimales ad hanc contributionem, quae *Kriegs-Zehenden* appellabatur, conferre deberent. Eiusmodi collectas extraordinarias anterioribus temporibus cogente neceſſitate non raro irrogatas fuiſſe, pluribus exemplis comprobare poſſem, ut vero brevis ſim, quasdam ſolummodo noſtra aetate impoſitas indicabo. Annis ſcil. 1760. 1761. 1762. et 1763., quibus beata Imperatrix Maria Thereſia, iunctis ſtatibus Imp. R. G. cum Rege Boruſſorum, Friderico, bellavit, ad ſuſtentandas copias auxiliatrices Gallicanas, cives municipales et ſubditi Norimb. collectas extraordinarias ſub titulo *der Franzöſiſchen Extra-Fourage-Lieferungs-Steuer*, quarum ſumma ad normam *der Quartier-Gelder* accedebat, perſolvere tenebantur. Has collectas paullo poſt ſequebatur

batur alia contributionis indictio, quae ſub nomine *der Königlich-Preuſſiſchen Invaſions- und Winter-Quartierskoſten-Eingleichung* innotuit. Durante ſcil. bello iſto infelici ſeptenni tam cives municipales, quam ſubditi Nor. innumeris miſeriarum fluctibus expoſiti ſumtus immenſos facere debebant. Sed non omnes hisce calamitatibus bellicis pari modo premebantur, et quidam iſtas non tantum experti ſunt, quam reliqui. Ad obtinendam itaque aequalitatem univerſalem Inclytus Senatus Norimb. omnes ac ſingulos ſumtus pendente hoc bello erogatos atque extortos conſignare eorumque ſolutionem in urbibus municipalibus ad modum *der Ordinari-Steuer*, in pagis vero ad amuſſim *der Quartier-Gelder* exigere iuſſit. Iſtis igitur, qui prae ceteris praegravati erant, parata pecunia, quam illi, qui malo minori afficiebantur, edere debebant, reddebatur, et hoc pacto aequalitas univerſalis ſervabatur.

Idem modus etiam occaſione ſumtuum, quos tranſitus copiarum Auſtriacarum per Franconiam in provincias Belgicas An. 1785. a ſubditis Norimberg. requirebat, obſervatus fuit.

Tandem An. 1786. Perilluſtris Senatus reipubl. patriae ad explendas lacunas aerarii publici per tot diſcrimina rerum labefactati civibus atque ſubditis ſuis indixit contributionem ſub nomine *einer Extra-Steuer*, quae, quoad ſubditos, in dimidia parte *der Ordinari-Steuer* conſiſtebat. Ad illam ſolvendam per mandatum ſpeciale Caeſareum ſub 14. Dec. eod. anno promulgatum, ſub comminatione executionis realis, aliarumque mulctarum, adigebantur, idque dicto A. 1786. nolentes volentes penſitare tenebantur. Quemadmodum igitur, ut luculenter demonſtravi, quilibet ſtatus imperii poteſtatem, urgente neceſſitate, collectas indicendi, habet, ita etiam reipubl. Norimb. ius collectandi, tam ordinarie, quam extra ordinem, competere, nemo ſane in dubium vocabit.

## §. XLVI.

Reſtat adhuc

III.) ultima collectarum provincialium ſpecies, ſcil. *mixtarum*, tam *ordinariarum*, quam *extraordinariarum*.

In harum cenſum venit maxima pars tributorum a civibus ipſius civitatis Norimbergenſis praeſtandorum, quae iam ſupra §. 28. et

et 29. huius Cap. enarravi. Miſſa itaque ulteriore recenſione eorum potiſſima tantum et quatenus a prioribus differant, indicabo. Perſolvunt ſcil. cives municipales, incolae atque ſubditi Norimberg. tributa

1) *a rebus ad victum pertinentibus,* ergo etiam *a potulentis,* ab his vero ſolummodo *das Landumgeld,* cui ſingularis officialis ſub nomine *des Landumgelders,* ſ. *Landumgeldamtmanns,* praefectus eſt.

2) *vectigalia varia rebus et animalibus occiſoriis* ad mercatum productis *impoſita.*

3) *a charta ſignata,* cui ſupplicationes, contractus, inventaria, teſtamenta, litterae dimiſſoriae (*Abſchiede*) *Ledigungszettel* etc. inſcribuntur.

4) *das Chauſſée-Weggeld,* ſive *die Paſſage-Abgab,* cuius praeſtatio in ordinationibus Inclyti Magiſtratus praeſcripta, cuilibet vias regias noſtris temporibus recens munitas iumentis vel vecturis ineunti incumbit.

5) *contributionem ad conſervationem ergaſterii,* An. 1769. in urbe patria conditi, quod *das Armen- und Arbeitshaus* nominatur.

Hanc vero non, ut cives Norimb. annuatim ſolvunt, ſed in teſtamentis, inventariis et aliis contractibus quantitas aequitati et opibus ſubditorum etc. conveniens definitur.

Praeter collectas hactenus nominatas ſubditi Norimberg. multis adhuc oneribus ſubſunt, ſiquidem angarias et varias operas publicas tam manu, quam iumentis praeſtare, itemque ſumtus, quos tranſitus militares atque hyberna ſaepius requirunt, ferre tenentur. Accedit cenſus dominis vogteiicis ſub titulo *der Gült, Canon, Weiſat, Gattergeld* etc. quotannis debitus, porro decimae a fructibus annuatim perceptis praeſtandae et denique diverſae contributiones, communi utilitati totius univerſitatis pagorum, cui adſcripti ſunt, inſervientes, *die Gemeind-Anlagen* etc.

Cum vero huiusmodi ſolutiones ad aerarium publicum neutiquam perveniant, illas ad collectas provinciales minime referendas eſſe credidi, ideoque ſilentio illas praeterire ſatius duxi.

Denique Inclytus Senatus reip. patriae, abrogatis collectis in terris Norimb. antehac uſitatis, praevia expoſitione vaſorum aeneorum

neorum ad fores templorum, atque exhortatione e ſuggeſtu ad praeſtandam munificentiam poſſeſſoribus aedium exuſtarum, ſub nomine *der Brandcollecten*, conceſſis, per ordinationem aſſecurandarum aedium periculo incendii obnoxiarum gratia, ſub 30. Decembr. 1782. ſancitam, a civibus et ſubditis huic inſtituto adſcriptis, ad reſarcienda eiusmodi damna, contributiones pretio aedificiorum deſignato congruas, quae *die Brandbeyträge* vocantur, annuatim colligi et inter laeſos ſub certis conditionibus diſtribui iuſſit. Sed et hae contributiones collectis provincialibus adnumerari nequeunt: conſortes enim

*a*) huic ſocietati ſponte, non vero coacti accedunt, ideoque contributiones ex pacto ſociali debent,

*b*) ſumma ſolvenda non in certo et definito annuo quanto conſiſtit, ſed ex numero et pretio aedificiorum flammis conſumtorum determinatur, et

*c*) collata pecunia ſolis laeſis ſocietati adſcriptis exhibetur, aerarium publicum vero ne obolum quidem ex illa percipit.

## §. XLVII.

A collectis hactenus enarratis provincialibus tam ordinariis, quam extraordinariis *vacant* poſſeſſores fundorum alienae iurisdictioni ſubiectorum, e. gr. praediorum exteris curiis feudalibus caducorum, praediorum, quorum domini directi, reſignato iure civitatis Norimberg., alibi ſedem collocarunt, itemque praediorum Illuſtri Ordini Equeſtri Francon. incorporatorum et per concluſa Caeſar. adiudicatorum. Reliqui omnes, cuiuscunque ſint ſtatus vel conditionis, reipubl. Norimberg. ſteuras *praeſtare debent.*

## §. XLVIII.

Interim tamen ſaepius accidit, ut ſubditi, ob iniuriam temporum, morbos pecorum, aliosque caſus acerbos v. c. ob annonae ſterilitatem, damna per ferarum immenſam abundantiam illata, inundationes extraordinarias, alias tempeſtates etc. quae fructuum iacturam inferunt, *impediantur*, quo minus contributiones debitas rite exhibeant.

Hoc vero caſu afflictis ex clementia Inclyti Senatus vel indulgetur, ut termini ad ſolvendum prolongentur, vel, praevia ſupplicatione, detrimentum, quo affecti ſunt, inſpicitur atque aeſtimatur, et, hoc facto, praeſtationes ſupra memoratae vel integrae, vel ad modum damni perpeſſi pro parte ad unum ſive plures annos remittuntur, vel etiam pro rata diminuti patrimonii in perpetuum minuuntur. Iumentis autem, collectis pariter obnoxiis, orbatis pro quolibet equo 3. floren. pro bove 2. floren. et pro vacca unus floren. remittitur *an dem Quartier-Geld.*

Antehac in terris Norimb. poſſeſſores aedium incendiis conflagratarum per tres annos, qui *die drey Freyjahre* dicebantur, a ſolutione omnium collectarum liberati erant, per ordinationem vero An. 1782. ſub rubro *der Brand-Aſſecurations-Ordnung*, de qua §. 46. egi, ſancitam, haec immunitas obſolevit.

## §. XLIX.

Praeter illos, qui ex rationibus §. anteced. allegatis collectas provinciales ſolvere nequeunt, dantur complures alii, *qui ſolvere quidem poſſent, ſed nolunt.* Hi a praetorio cenſuali ſaepius ad penſationem reſidui per litteras *admonentur*, in decretis vero de annis 1630. 1651. 1700. 1752. et 1761, quod ultimum ſub 14. Sept. 1787. renovatum eſt, Inclytus Magiſtratus Norimbergenſis dominos directos (*die Eigenherrſchaften*) hortatur, ut ſubditos ſuos eorumque inquilinos ad praeſtationem collectarum reſiduarum adigant.

## §. L.

Quodſi vero reliquatores moroſi nihilominus eas exſolvere intermittunt, reſpublica Norimberg. *rarius per modum actionis* illas exigere ſolet, ſed plerumque contra moroſos *executive* procedit. Hinc pro ratione circumſtantiarum vel hoc vel illo modo executionis quidem utitur, iſte tamen, qui manu militari perficitur, et incarceratio refractariorum potiſſimum adhibetur. Collocantur nimirum milites armati ſumtibus debitorum tam diu in aedibus illorum, uſque dum debitum ſit praeſtitum, vel refractarii, praevia citatione reali, uſque ad ſecutam ſolutionem carceri includuntur, illi autem, qui comparere detrectant, eoque ipſo contumaciam augent, pro gradu

gradu malitiae ad operas publicas condemnantur, et in ergaſterium vel aliam cuſtodiam publicam deducuntur, nec prius relaxantur, quam debitum perſolverint, vel etiam ignominiae cauſſa dimittuntur, et a bonis, quae poſſidebant, tanquam perfidi removentur. Sed remedia executiva non, niſi collectis ex iuſta et rationabili cauſſa impoſitis, rite adhibentur. Quaenam vero iuſtae collectarum imperandarum ſpecies ſint, non una Politicorum et ICtorum ſententia eſt. Alii plures, alii pauciores enumerant. Plerumque omnes clades atque calamitates rempublicam concernentes, tam praeſentes, quam futurae, ac omnia, quae ad eius conſervationem faciunt, pro iuſtis habentur *).

*) Vid. BOCER de collectis, th. 58. 59.

## §. LI.

*Ius refractarios executive tractandi regalibus adnumeratur*, et competit illi, qui gaudet iure collectas imponendi. Cum itaque, ut ſupra docui, reip. patriae ius collectandi optimo maximoque iure tribuatur, prono alveo fluit, et ius remedia executiva contra moroſos adhibendi extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe. Nihilo tamen ſecius reſpublica Norimb. recentioribus imprimis temporibus, varias turbationes exercitii huius iuris a vicinis, praecipue Brandenburgicis, illatas perferre debuit, ſiquidem milites ad exequendum adhibiti vel infectis rebus repulſi, vel etiam comprehenſi in vincula coniecti, eorumque arma ablata fuerunt. Graves itaque lites deſuper exortae An. 1764. contra Regimen Onoldinum, An. 1769. contra Baruthinum et An. 1773. contra utrumque ad archidicaſterium imperiale Aulicum devolutae ſunt, quas exquiſite recenſet D. I. A. REVSS *in der Teutſchen Staats-Kanzley V. Th.* p. 63. ſqq. et p. 378., *VI. Th.* p. 219. ſqq. Omnia, quae ad hiſtoriam atque progreſſum huius litigii pertinent, enarraturus nimis longus eſſem, quare, miſſis ambagibus, ulteriorem diſquiſitionem benevolo lectori relinquam et ſummam rei breviter dicam. Reſpubl. ſcil. Nor. victoriam in hac cauſſa obtinuit, atque An. 1764. contra Regimen Onoldinum, An. 1769. contra Baruthinum, An. 1773. autem contra utrumque impetravit Mandata S. C. poenalia

nalia de non amplius turbando in poſſeſſione vel quaſi iuris ſubditos Norimb. ſub centena Brandenburgico-Onoldina et Baruthina habitantes in cauſſis publicis et ad ius collectandi pertinentibus privative et absque requiſitione exequendi etc. atque Reverendiſſimo Principi Bambergenſi et Sereniſſ. Duci Saxoniae Meining. commiſſio ad exequendum demandata fuit. Pars vero impetrata, reiectis exceptionibus ſub- et obreptionis, denegato remedio reviſionis actorum atque reſtitutionis in integrum, et ſic fruſtra tentatis ac interpoſitis omnibus remediis iuris, cauſſa plane cecidit. An. 1783. quidem Brandenburgici ad comitia recurrebant, ſed eodem anno, ſecuta ſententia confirmantoria, in expenſas condemnabantur. Ius itaque moroſos exequendi etiam in contradictorio confirmatum et privilegiis atque ſententiis Caeſareis munitum respubl. Norimberg. antiquitus exercuit et hodiedum iuſte exercet, quaelibet vero turbatio ab Imperatore, tanquam ſummo imperii iudice, coercetur.

## §. LII.

Quod ſi vero opes ſubditorum ac reliquorum poſſeſſorum fundorum collectarum praeſtationi ſubiectorum adeo ſeneſcant, ut debita, quae contraxerunt, perſolvere nequeant, proptereaque bonis cedere cogantur, tunc remedia executiva perperam adhibentur, et plerumque, creditoribus urgentibus, *praedia publice ſubhaſtantur.*

In formando autem *concurſu creditorum* eorumque *locatione* omnino reſpiciendum eſt ad collectas reſiduas, quae, tanquam onus reale, praediis inhaerent, et iure praelationis ſingulari gaudent.

Hinc per decretum Illuſtris Senatus de 18. Dec. 1700. cautum eſt: *wann es bey denen Gütern und walzenden Stücken zu einigen Veränderungsfällen kommt, die neuen Käufer entweder ſelbſten in den löbl. Landpfleg-Steuer- und Waldämtern anzuzeigen, oder dem auf ſolchen Güttern und Stücken an Steuern, Contribution und Waldpfanden haſtenden Ausſtand nachfragen zu laſsen, und die Verkäufere, deſſenthalben Richtigkeit zu pflegen, anzuhalten,* addita ratione, *damit nicht in Unterbleibung deſsen denen neuen Erbleuten und Beſizern die alte Schuld auf den Hals wachſen, und man ſich an dieſelbe und an*

die

*die Güter, oder auch, nach Befinden, an die Eigenherren ſelbſt zu halten Urſach haben möge.*

Et in decreto de 21. April. 1752. emanato, die vero 14. Maii 1761. et 14. Sept. 1787. renovato verba occurrunt: *Nachdeme man biſsher mehrmalen miſsfällig zu vernehmen gehabt, daſs etc. verſchiedene löbl. Amts- und Eigenherrſchaften, ob ihnen ſchon bey denen mit deren Erbleuten vorgewveſenen Veränderungen oder Verkauf der Güter die Kaufſchillinge in die Hände geliefert, und ſie, ſothane Ruckſtände (an Steuern und Quartier-Geldern) abzuführen in den Stand geſezt vworden, ſie gleichvwolen deren Entrichtung nichtsdeſtowveniger unterlaſsen, hiedurch aber, vwie dem* aerario publico, *ſo auch allermeiſt dem neuen Käufer leichteracbtlich mehrentheils groſsen Schaden zufügen, indeme dieſer, da er vermeynt, durch Erlegung ſeines Kaufſchillings vollkommen Richtigkeit gepflogen zu haben, die noch ruckſtändige Steuer als ein auf dem Gut haftendes* onus reale *(ohngeachtet er ſie nicht, ſondern deſsen Vorhübner, anſtehen laſſen) je dennoch, ſo hart es ihm auch immerzu fallen möge, bezahlen muſs; Als läſset ein hochlöblicher Magiſtrat hieſiger des heil. Römiſch. Reichs freyen Stadt Nürnberg hiemit den geſammten löbl. Amts- und Eigenherrſchaften ernſtlich bedeuten, denen ſchon ehehin dieſervvegen ergangenen Oberherrlichen Verordnungen* de An. 1700. et 1752. *gemäs, hinfüro, bey allen ſich bey deren Unterthanen und Erbleuten aeuſerenden Veränderungsfällen, gehöriger Orten, entvveder in hieſig löbl. Landſteueramt, oder in denen löbl. Pflegämtern auf dem Land, vvohin die Steuer von einem Gut oder Stück zu entrichten ſeyn vvird, vvegen der Steuer- und Quartier-Gelder-Ruckſtände, die erforderliche Kundſchaft bey zeiten einzuziehen, und ſolche ſodann von dem zu erlegenden Kaufſchilling förderſamſt gehörig abzuführen, vvidrigen falls aber gevvärtig zu ſeyn, daſs man ſich, nach befinden, vvegen ſolcher Unterlaſſung, an die Eigenherrſchaften und reſpective Beamten halten, und das ruckſtändige ſogleich von ihnen ſelbſt abfordern vvürde.*

Dominis directis (*den Amts- und Eigenherrſchaften*) itaque incumbit, ut praetorium cenſuale ſive praefecturas provinciales ad edendam conſignationem ſteurarum reſtantium requirant, et ſummam reſiduam de pretio praedii venditi retineant. Idem obſervandum eſt, ſi debitores vitam commutaverint cum morte et eorum prae-

praedia in manus heredum ſuorum pervenerint, vel ex aliis rationibus mutatio poſſeſſorum evenerit. Summa ſcil. reſidua inventariis inſerenda a bonis hereditatis detrahitur, et praetorio cenſuali a dominis directis perſolvitur. Hoc ſi neglectum fuerit, novi poſſeſſores, quamvis debitum non contraxerint, vel etiam, pro re nata, domini directi eorumque officiales ad refundendum collectas reſtantes tenentur.

Collectis provincialibus ex diſpoſitione iuris communis et Norici *in locatione creditorum* ius ſingulare praelationis datum eſſe, iam ſupra §. XXVI. hui. Cap. demonſtravi. Diſtinguendum tamen eſt inter collectas a civibus Norimb. ipſis ſub titulo *der Loſung* et *Umgeld*, *Steuer*, *Zölle*, praeſtandas, et inter illas, quas cives municipales et poſſeſſores praediorum ruſticorum perſolvere debent. Cenſus a civibus Norimb. praeſtandi, argum. L. IX. Tit. XXII. praeferuntur ſolummodo creditoribus perſonalibus et referuntur ad quartam claſſem creditorum perſonale privilegium habentium. Ratione collectarum vero a civibus municipalibus Norimberg., poſſeſſoribus praediorum ruſticorum, eorumque inquilinis, atque civibus ſuburbii Wöhrd ſolvendarum, res aliter ſe habet. Sancitur ſcil. per decret. addit. de 22. Mart. (alii de 2. Apr.) 1677. *Nachdeme aber in den Städten und auf dem Land albieſigen Gebiets, und zwar, ſoviel die Loſung, Steuer, Umgeld, und andere herrſchaftliche Schulden betrift, auch in der Vorſtadt Wöhrd, dieſes Herkommen iſt, daſs die Loſung-Steuer- und Umgelds-Reſtanten allen andern credi*toribus, *ſowol* hypothecariis, *als* perſonaliter privilegiatis, *gleich als an andern benachbarten Orten auf dem Land mehr beſchiehet, ingleichen auch alle diejenige* creditores, *deren hypothecen oder pfandmäſige Verſchreibungen in die conſervatoria bey den Städten, Märkten und Gerichten hieſigen Gebiets eingetragen, auch mit conſens der Pfleger, Richter, auch Burgermeiſter und Raths jedes Orts erzeuget worden, andern, wiewol der Zeit nach vorgängigen, doch nur mit privat-Scripturen verſehenen Glaubigern vorgeſezt vverden, ſo läſt E. E. Rath es zvvar auch bey ſolchem Herkommen verbleiben, und vvill, daſs hiernach bey allen Gerichten und Aemtern Dero Gebiets in prioritäts-fällen gegangen vverde etc.* Adeoque huiusmodi collectae omnibus omnino creditoribus, tam hypothecariis, quam perſonaliter privilegiatis,

legiatis, *praeponuntur*, ita, ut in prima quidem claſſe collocentur, nihilominus tamen

1) domini emphyteuſeos (*die Eigenherren*) ratione praeſtationum dominicalium, ſive onerum praediis ruſticis inhaerentium, (vid. decret. add. de 14. Oct. 1643. et 19. Febr. 1646.) quibus etiam decimae unacum laudemio adnumerantur,
2) medici et pharmacopolae, ratione ſoſtri et medicamentorum,
3) chirurgi,
4) ſumtus funeris

antecedant, et denique

5) fiſcus, ratione collectarum, *wegen der Steuern und Collecten auf dem Land*, ſub quibus omnes, tam ordinariae, quam extraordinariae, comprehenduntur, ſuccedat [a]).

Hoc autem ius praelationis tam obſervantia, quam lege, munitum temporis ſucceſſu langueſcere coepit et a nonnullis *limitatum et ad tres ſolummodo annos reſtrictum fuit.* Limitationi huic anſam praebuit clauſula decreto addit. de A. 1677. ſupra citato inſerta, quae ſequentibus verbis legitur: *Es wollen aber Dero Herrl. hierbey Dero Pfleger, Kaſtner und andere Beamte ernſtlich ermahnet haben, wegen aller ausſtändigen Steuer, Umgeld und andern den gemeinen Nutzen betreffenden Gefällen nicht allzulang, noch längſtens über drey Jahre nachzuſehen, ſondern zeitlich auf die Bezalung oder Bürgſchaftsleiſtung dringen, damit andere ehrliche Leute, welche den Schuldnern mit ihrem Verleihen geholfen, hiedurch nicht gefährdet, noch dem gemeinen Nutzen geſchadet werde. Ferner, daſs auch mit den conſervatoriis in den Städten und bey den Gerichten in den Märkten ordentlich verfahren, und die Contracte, welche den Vorzug haben, darein, oder in beſondere Bücher fleiſig eingetragen, zumalen aber der Conſens auf höher nicht, als auf zwey Drittheil des jedesmals* tempore contractus *befindlich ohngefehrlichen Werths der Güter, ertheilt, und alſo den andern Glaubigern nicht auf einmal alles entzogen, dieſe aber verurſacht werden mögen, deſswegen ihren Regreſs wegen ſolcher Gefährde wider ſie, die Beamte, zu nehmen, geſtalten E. E. Rath dann nach Befindung denjenigen, ſo ſich hierüber rechtmäſſig beklagen mögten, nicht wol aus Handen geben könnte, ihnen auch ſonſten hiebey gehörige Strafe einzuwenden, vorbehalten ſeyn würde.*

Sed Inclytus Senatus Noricus, praevia examinatione omnium fundamentorum, ex utraque parte in medium productorum, ex ſententia et conſilio celeberrimorum iuris interpretum, rationem habebat, quod

1) dicta clauſula decreti de A. 1677. non niſi admonitionem ad officiales in praefecturis provincialibus conſtitutos contineat,

2) remedia executiva indiſtincte adhibita ſubditis, quibus tamen pro re nata quovis modo parcendum, maximo ſaepius exitio forent, eorumque opes everterent,

3) in praefecturis et regionibus Norimb. obſervantia antiquitus invaluerit, ut collectae, nulla habita ratione, num per plures, vel paucos tantum annos fuerint reſiduae, omnibus creditoribus in eorum locatione praeferantur, denique

4) in laudato decreto neutiquam comprehendatur, collectas per tres et quod excurrit annos in reſiduo relictas, quarum exactioni eo uſque indulta fuit, praelationis iure expreſſis verbis in illo conſtituto, privari.

His itaque rationibus commotus Perilluſtris Senatus ſub 18. Iun. 1753. decretum de An. 1677. ſaepius allegatum confirmavit atque ſanxit: *Nachdem Einem Hochlöbl. Rath beſchwerend vorgebracht worden, welchergeſtalt das An. 1677. d. 2. April. wolbedächtig gemachte und publicirte- auch den additionalibus einzuverleiben befohlene Decretum, den Vorgang des gemeinen Nuzens, als Loſung, Steuer, Umgeld etc. bey ſich ereignenden Concursfällen in der Stadt, den ſämtlichen Pfleg-Aemtern auf dem Land, wie auch den Vorſtädten anbetreffend, nicht durchgängig von allen Aemtern, Gerichten und Eigenherrſchaften genau beobachtet werde; Als will Hochlöbl gedachter Rath zu deſſen Befolgung ſelbige insgeſam̄t hiemit alles Ernſtes und nachdrücklich nochmalen angewieſen und zu dem Ende erwehntes Decretum, ſeinem völligen Inhalt nach, wiederholt, beſtättiget, auch dieſe Renovation denen Additionalibus wiederum einzuverleiben, anmit geordnet haben.*

*Sämtliche Aemter, Gerichts- und Eigenherrſchaften.*

Explo-

Exploratum igitur eſt, ſententiam eorum, qui in concurſu creditorum reſiduum trium ultimorum tantum annorum agnoſcunt, cui etiam MAYERVS ſupra citatus adſtipulatur, *legibus et obſervantiae reipubl. patriae omnino adverſari.*

a) Vid. C. D. *MAYERS kurzer Begriff und Anvveiſung, vvie ſich ein Beamter auf dem Land in vorkommenden Concursfällen zu verhalten hat,* p. 8. ſqq.

## §. LIII.

Quemadmodum interdum a civibus Norimberg., ratione cenſus, qui *Loſung* dicitur, doloſe agitur, et ut ſupra, §. XXV. notavi, reticentia rerum collectationi obnoxiarum tam ex regulis iuris communis, quam Norici, merito coercetur, ita etiam non raro evenire ſolet, ut a civibus municipalibus, incolis et poſſeſſoribus praediorum ruſticorum eorumque inquilinis *defraudatio ſteurarum* committatur, propterea que in deceptores graviter animadvertatur.

Poenam ordinariam, in quam hi incurrunt, ſcil. *confiſcationem pecuniarum*, quam reticuerunt, dictat decretum Perilluſtr. Senatus de 14. Sept. 1718. ſequentibus verbis: *Nachdem ein Hoch-Edler und Hochweiſer Rath des heiligen Reichs Stadt Nürnberg eine Zeit hero mit ſonderbarem Miſsfallen vernehmen müſſen, wie daſs ſich öfters, nach ereigneten Todesfällen, bey ein und anderen eine namhafte Baarſchaft hervorgethan, die nicht verſteuert, ſondern böslich hinterhalten, mithin bey denen zu entrichten gehabten Steuer-Gebühren eine vorſezliche Schalkung und gefliſſentlicher Betrug begangen worden; Als läſst hochgedacht Ein Hoch-Edler Rath die Dorfs-Hauptleute und alle Dero Unterthanen, inſonderheit die, ſo den Inventuren beywohnen, und ſolches wahrnehmen, ernſtlich hiemit erinnern, es gebührend anzuzeigen, wie auch alle, welche mit dergleichen Baarſchaft verſehen ſind, getreulich warnen und ihnen ernſtlich gebieten, daſs ſie ſolche biſshero nicht verſteuerte Baarſchaft gehöriger Orten unverlängt getreulich anzeigen und die Gebühr davon entrichten, in Verbleibung deſſen aber gewärtig ſeyn ſollen, daſs ſie deſshalber mit empfindlicher Straf angeſehen-*

*hen- auch die nach erfolgtem Abſterben ſich hervorgethanene und boshaft verſchwiegene Baarſchaft, es möge ſolche an angelegten oder feyernden Geldern beſtehen, die Hälfte davon von Einem Hoch-Edlen Rath eingezogen, die andere aber der Eigenherrſchaft heimgeſchlagen werde. Wornach ſich ein jeder zu richten und vor Schaden zu hüten wiſſen wird.*

Haec defraudatio tamen ſolummodo committitur in praeſtatione collectarum ordinariarum atque extraordinariarum a pecunia tam otioſa, quam foenori locata, *von der Kapital-Steuer*, ſi quis ſcil. vel totam ſummam, vel partem illius celaret, atque collectas ex iſtis debitas contribuere omitteret; reliquae enim collectarum annuarum ſpecies ita ſunt determinatae, ut quaevis celatio plane ceſſet, atque illi, qui ſummam praefixam ſtato tempore ſolvere negligunt, reſtantiariis adſcribantur, quantitas reſidua autem adhibita executione exigatur. Vt vero euismodi doloſa pecuniarum reticentia declinetur, et ſubditi excitentur ad collectas rite praeſtandas, Inclytus Magiſtratus Norimberg. ſummam ex illis ſolvendam minuit, et loco 50. cruciger. qui antehac pro collectis ordinariis, et 20. cruciger., qui pro extraordinariis a quolibet centum floren. annuatim penſitabantur, noſtra aetate 35. crucig. pro ordinariis et 14. crucig. pro extraordinariis impoſuit, atque decretum modo memoratum de An. 1718. ſub 6. Sept. 1751. et 8. Sept. 1787. renovavit et confirmavit, idque ad communem notitiam omnium ſubditorum Norimbergenſium ubivis locorum quotannis publicandum curavit.

## §. LIV.

Expoſita hactenus doctrina iuris collectandi tam in genere, quam in ſpecie Norici, reſtat nunc, ut breviter referam, *quomodo* et *ex quibus cauſſis iſtud amittatur.* Amittitur autem ſive perimitur ut plurimum *temporis lapſu*, cuius intervallo non fuit exercitum, ſive *praeſcriptione.* Cum enim ipſa ſuperioritas praeſcribatur ex ſententia Dd. a) ſequitur, et cenſum in ſignum ſuperioritatis dari ſolitum praeſcribi, ne fortius ſit ſignum, quam ſignatum. Cenſentiunt leges imperii praeſcriptioni circa exemtiones ab oneribus imperii effectum tribuentes b).

Requi-

Requiritur autem ad probandam praeſcriptionem

1) tempus immemoriale, quod tantum operatur, quantum expreſſa Imperatoris conceſſio et ſpeciale privilegium.

Sicut enim temporis lapſu regalia, quibus, ut ſupra notavi, ius ſteurandi accenſetur, acquiruntur, ita eodem modo amittuntur [c]).

Praeſcriptio vero centum annorum non ſufficit, nam, probatis centum annis, non ſtatim probata eſt praeſcriptio immemorialis, cum eius temporis memoria adhuc in contrarium conſtare poſſit, quo ipſo non eſt immemorialis [d]).

2) bona fides ex parte praeſcribentis, quae in omni praeſcriptione adeſſe debet.

3) ut is, qui praeſcriptionem praetendit, de ſolutione interpellatus illam recuſaverit, et ita, ceteris praeſcriptionis requiſitis concurrentibus poſtea legitimo tempore nihil praeſtiterit [e]).

In applicatione ad rempubl. patriam diſtinguendum eſt

I.) inter praeſcriptionem iuris collectandi ipſius, et

II.) inter amiſſionem collectarum ſingularium.

I) Ius collectandi ipſum praeſcribi nequit, cum a ſeculis, non interrupta ſerie, et, ut ſupra latius demonſtravi, optima fide perpetuo exerceatur, praetereaque cives ac ſubditi ad ſolvendas collectas aſſidue interpellentur, recuſantes vero, adhibitis remediis executivis, ad earum praeſtationem adigantur.

II) tamen ſteurae a ſubditis praeſtandae, ut ſupra indicavi, interdum amittuntur, ſi

a.) vel domini directi eorum ius civitatis Norimb. reſignant, et extra patriam ſedem figunt, vel

b.) ſi bona iſtorum curiis feudalibus extraneis clientelae iure obſtricta poſt illorum obitum fiunt caduca, et

c.) praedia quaedam Illuſtri equeſtri Ordini Franconico incorporantur.

a) in Cap. non liceat X. de praeſcript.

b) vid. Rec. Imp. de An. 1548. §. 54. 56. et 64.

c) Rec. Imp. de An. 1576. §. *Wo aber innerhalb* etc. 103.

d) Cf. WILDVOGEL in Diſſ. de iure collectar. theſ. 53. 54.

e) F. GERDESII Diſſ. de collect. et contribut. §. 40.

§ LV.

Ad avertendam autem praeſcriptionem et *conſervandum ius collectandi, aeque ac collectas*, opus eſt, ut remedia efficaciſſima, quae in promtu ſunt, ſedulo adhibeantur, et ſequentes regulae obſerventur:

1) ſaepius *reiteretur reviſio* bonorum ac rerum collectarum praeſtationi ſubiectarum, et ſumma induſtria indagetur, num cuncta praedia prioribus libris cenſualibus inſerta etiam nunc ſint in manibus poſſeſſorum reipubl. Nor. addictorum, ſive quaedam ab extraneis, et quo titulo, poſſideantur.
2) *caduca deleantur* vel ſeorſim conſignentur,
3) *eruantur bona atque praedia* ſucceſſive reipubl. Norimb. tam vi, quam clam *ſurrepta* et notentur, quinam illis potiti ſint.
4) *reclamentur bona et collectae* iſtis inhaerentes a quolibet iniuſto detentore, reſtituta vero denuo *inſcribantur cataſtris.*
5) *vigiletur*, ne pro futuro ſubducantur.
6) conſtituantur hunc in finem *officiales*, qui animum acriter intendant ad conſervandas ſteuras huc usque uſitatas, ad recuperandas amiſſas et ad arcendos extraneos ab exactione collectarum e fundis Norimb.
7) caveatur, ne praedia ruſtica *dismembrentur* ſive dividantur, *daſs die Höfe und Güter nicht zerſchlagen werden.* Nonnunquam enim poſſeſſores eiusmodi praediorum vel praedia ipſa, vel pertinentias illorum in plures dividebant partes, quo facto et collectae e praediis ſolvendae pro rata harum partium inter plures poſſeſſores diſtribuebantur, ita, ut difficulter et per varias ambages obtineri poſſent, et ſaepius graves lites inter poſſeſſores ipſos exortae eſſent, praetereaque iactura non exigua ſummae ſteurarum inferatur. His et ſequentibus rationibus adductus Inclytus Senatus Norimb. per decretum de 5. Nov 1717. ordinavit: *Nachdeme wahrzunehmen, daſs durch Zerbrech- und Zergliederung der Höf und Güter auf dem Land, nicht allein wegen der Steuer-Anlagen, groſe Confuſion entſtehet, die einzelne Stücke öfters daraus entzogen auch wol gar in frem-*

*fremder Herrſchaften Unterthanen Hände gebracht werden, ſondern auch die Unterthanen ſelbſt von Mitteln kommeu, und in Verfall gerathen, nicht minder der Reichswald* eo ipſo, *da mehrere Gebäude aufgerichtet- und Feuer-Rechte eingeführet werden, in noch gröſſern Ruin geſezt wird; Als iſt ertheilt; Sowol allen Eines Hochedlen Raths Aemtern, ſo Unterthanen auf dem Land haben, als auch den löbl. Eigenherrſchaften zu bedeuten, daſs ſie insgeſammt in keine dergleichen Zertheil- und Zergliederuug ihrer Güter auf dem Land geheelen, ſondern ſich denen vorhin diſsfalls mehrmalen ergangenen Verläſsen allerdings gemäs zu bezeigen.*

*Sämmtl. löbl. Aemter uud Eigenherrſchaften.*

Quod decretum et ſubſequentibus temporibus crebrius confirmatum legimus.

8) non permittatur, ut praedia collectis onerata ſub praetextu, *daſs ſie in die Loſung geleget werden wollen, ab illis liberentur.* Eiusmodi conceſſio repugnaret intimationi Perilluſtris Senatus, quae quotannis, mediante *des Loſung Vortrags*, hisce verbis publicari ſolet: *Daſs die Stück und Güter, ſo von Alters her in der Bauern-Steuer geweſen, in derſelben verbleiben, und den Bauern-Gütern gleich verſteuert werden ſollen.* Denique

9) omnis cura intendatur, ne fundi, e quibus hactenus reipubl. Nor. ſteurae perſolvebantur, *in manus forenſium perveniant.* Cum enim extranei difficiliores ſint conventu, quaevis eiusmodi alienatio immobilium eſt periculoſa. Ad declinandum hocce periculum Imperator Carolus VI. die 13. Mart. 1713. rempubl. Norimberg. privilegio donavit, quo ſtatuta Norica de non alienandis immobilibus in manus forenſium clementiſſime confirmavit, et expreſſis verbis ſancivit: *Daſs alle und jede, ſo in das Nürnbergiſche Burgerrecht aufgenommen oder ſonſt zu Ablegung der Burger-Pflichten gelaſsen werden, un-*

*ter*

*ter andern auch ſich dahin, mittelſt abgeſchwohrnen leiblichen Eides, verbindlich machen müſten, daſs ſie ihre unter der Nürnbergiſchen Bothmäſſigkeit liegende Loſung- und ſteuerbare Güter weder an Unburger, noch fremde, hohen oder niedern Standes verkaufen, deſsgleichen auch bey Aufkündig- und Erlaſſung dero Burgerrechts, was ſie zeit ſolchen an unbeweglichen Gütern erworben, innerhalb Iahrsfriſt an niemanden andern als an Burger oder Burgerinnen verkaufen ſollen.*

Ratione fundorum autem, qui ſub nomine *der walzenden Stücke* poſſidentur, Inclytus Magiſtratus Nor. ſ. 11. Aug. 1719. ſanxit: *Denen löbl. Aemtern und Eigenherrſchaften, welche walzende Stücke haben, ſoll man bedeuten, in Zukunft dergleichen an niemand anders, als Nürnbergiſche Unterthanen, kommen zu laſſen; wenn aber dergleichen ja, entweder durch Erbſchaft, oder andere Fälle an Fremde gerathen ſollten, denenſelben ſogleich dabey zu bedeuten, daſs ſie herein verſteuert werden müſsen, und ſolches jedesmals den Kaufbriefen mit einverleiben zu laſsen.* Denique

10) optandum eſſet, ut modus ſteurandi et collectas exigendi, quantum fieri poteſt, *ſimplificetur* ſive contrahatur, ita, ut tributa, quae ſub diverſis nominibus exſolvuntur, ad unam quaſi ſummam reducantur, et ſtatis temporibus, praevia iuſta diſtributione, praeſtentur. Hoc pacto non ſolum impenſis parceceretur, ſed etiam exactio ipſa facilior redderetur, praetereaque variae controverſiae collectas et ius collectandi reſpicientes ceſſarent et tollerentur.

## §. LVI.

Iuri collectandi, quod hactenus tractavi, affine atque annexum quidem eſt *ius detractus ſive gabellae emigrationis*, *die Nachſteuer*, quam cives vel ſubditi alibi ſedem collocantes, in compenſationem collectarum pro futuro praeſtandarum per eorum diſceſſum autem ſublatarum, ſolvere tenentur. Cum vero huius materiae a Docto-

Doctoribus et interpretibus iuris ſatis pertractatae ulterior explicatio mihi neceſſitatem imponeret, ut terminos, quibus circumſcriptus ſum, excedam, pauca tantum potiſſimum huc facientia proferre liceat.

Ius detractus ſive *die Nachſteuer* conceditur per Receſſ. Imperii de An. 1594. §. 82. Principibus et ſtatibus imperii ſuperioritatem territorialem exercentibus, ideoque adnumeratur regalibus [a]). Inter ſtatus imperii liberas civitates imperiales omnino referendas eſſe, ſupra §. IV. huius Cap. luculenter demonſtravi, quare et reipubl. Norimb. ius detractionis neutiquam denegandum eſſe, nemo ſane in dubium vocabit. Accedit privilegium Friderici III. Imp. de An. 1464, in quo civitati Norimberg. poteſtas conceditur, *von allen denen, ſo aus Nürnberg ziehen, ſo geiſt- als weltlichen, von allen dero liegend und fahrenden Haab und Gütern, ſo ſie in der Stadt Nürnberg Loſung und Steuer oder anderswo hätten, desgleichen durch Uibergebung, Erbfäll, Geſchäft, Stiftungen oder in andere Wege etwas aus der Stadt auf fremde Perſonen komt, die unbezahlte Loſung ſamt der Nachſteuer, die der Rath darauf geſezt, oder noch künftig ſezen würde, einzufordern und einzunehmen.*

Solvenda itaque haec gabella non tantum ab illis, qui ius civitatis Norimb. reſignant, vel e nexu ſubiectionis reipubl. patriae in alium perveniunt, ſed etiam de illis bonis, quae quocunque titulo in exteros transferuntur, et quidem ex obſervantia vetuſtiſſima decima pars ſive *der zehende Pfenning des geſammten exportirten Vermögens.* Excipiuntur tamen illi, qui ſe conferunt in provincias et loca, quorum Principes vel domini, per pacta cum civitate Norimberg. inita de non exercendo iure detractus, reciprocas conventiones iniere, quae variis modis ſunt reſtrictae vel ad loca muris non cincta, e. gr. pacta cum Palatinatu ſuperiori et Ordine Teutonico inita, vel ad praedia, de quibus maius praeſtatur laudemium, veluti conventiones, quae inter rempublicam Norimberg. et Epiſcopatum Bambergenſem, nec non eius Praepoſitum, obtinent. Cum denique, ut ſupra notavi, *die Nachſteuer* ſurrogata ſit praeſtationi collectarum ceſſantium, regulariter eam ille accipit, qui ius habet, collectas imperandi. Sed iure Norico, non quidem ex

P lege,

lege, ſed ex obſervantia inveterata, quae inſtar legis eſt, etiam urbes municipales et domini directi ius detractionis exercere ſolent[b]).

a) Cf. ERTEL in praxi aurea L. I. C. 29. obſ. 1.
I. I. BECK in Tr. de iure detractionis, emigrationis, C. 3. obſ. 1.

b) Idem BECK c. l. C. 3. Obſ. 3.

## §. LVII.

Priusquam huic tractationi metam imponam, non incongruum duxi, indicare turbationes et quidem potiſſimas, quibus ius ſteurandi Norimbergenſe, fulcris ut ſupra comprobavi fortiſſimis munitum, nihilo ſecius ſaepius fuit impugnatum.

I.) Circa medium ſeculi XVI *Praefecturae Brandenburgicae Burgthann* et *Cadolzburg* a quibusdam bonis emphyteuticis familiae nobili Norimb. Geuderianae atque Ebnerianae in pago Bürgles conceſſis collectas illicite exigere conabantur. Inclytus Magiſtratus hos praefectos coram Regimine Onold. conveniebat, et ab iſto obtinebat, ut reſtitutio collectarum ſupra memoratis ſubditis iniuſte impoſitarum per reſcriptum iniungeretur. Et in litteris reſponſoriis Onoldinis verba occurrunt: *Daſs, ſo viel die von dem Amtmann zu Thann* (i. e. *Burgthann*) *von Hanns Präunlein von etlichen Gütern genommene Steuer belanget, hätte ſie, Regenten und Räthe demſelben, Uns auch anderen vor der Zeit ihme ſolche abgenommene Steuer wieder zuzuſtellen Befehl gethan, alſo, daſs ihres Verſehens Weiterung nicht bedürfen werde.*

II.) A. 1559. Seren. Princeps Brandenburgicus, Georgius Frider. officiales aliquot Norimb. ad conſcribendas collectas ſubditorum et viſitanda eorundem arma ablegatos in pagis Rohr et Büchenbach comprehendi et Suobaci in cuſtodiam deduci iuſſit. Respubl. Norimb. de hacce turbatione iuris collectandi etc. ad Iudicium Imp. Camerale querelam ſuam detulit, et mandatum impetravit, cuius inſinuationem relaxatio captivorum gratuita et reſtitutio ſumtuum, quos eorum alimentatio atque detentio requirebat, ſequebatur.

III.) *Rever. Epiſcopus Bamberg.* contra rempublicam patriam puncto collectarum et tributi, quod *Umgeld* nuncupatur, actionem

in

in Iud. Camerali intendebat, haec vero per ſententiam definitivam *Bamberg* contra *Nürnberg* Mandati, *die Steuer und Umgeld belangend, da Bamberg Klägere* ſub dato Martis 27. Maii An. 1578. his verbis abſolvebatur: *In Sachen weyland Herrn Weygands, iezo Herrn Hanns Georgen, Biſchoffen zu Bamberg, Klägern eines wider Burgermeiſter und Rath der Stadt Nürnberg beklagten, andern Theils, Mandati, die Verhinderung der Steuer und Umgelds belangend: Iſt, allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daſs gedachte Beklagte von angeſtellter Klag zu abſolviren und erledigen, und daſs es bey dem in Actis angezogenen Vorchheimiſchen Vertrag bleiben ſolle, ermeldten Kläger in die Gerichtskoſten derowegen aufgelaufen, Ihnen den Beklagten nach rechtlicher Ermäſigung zu entrichten und zu bezalen, völlig ertheilend,* et pars adverſa Bambergenſis, confirmato pacto Vorchheimenſi, in expenſas condemnabatur.

IV.) An. 1654. Adamus Erhardus Nobilis in *Veſtenberg*, ius praediis familiis patriciis Nor. Kreſſiorum et Pfinzingorum in feudum Veſtenbergicum conceſſis, collectas imponendi, impugnabat, pignora capiebat, et ſub 9. Ian. d. a. Reſcriptum Caeſar. per ſub- et obreptionem obtinebat: poſtquam vero reſpubl. Norimberg. in exceptionibus ſub 31. Ian. 1662. in Iudicio imp. aulico inſinuatis ius ſteurandi privilegiis et poſſeſſione ſuffultum ſufficienter demonſtravit, haec lata eſt ſententia: *Fiat Reſcriptum an den von Veſtenberg. cum incluſione, die abgepfändete 73 fl. 58 Kr. Steuer ſub term. 3. menſium zu reſtituiren.* Hocce Reſcriptum ſub 24 Maii 1666, 17 Iun. 1667. et 23 Decemb. e. a. ſequebantur tria reſcripta paritoria, quorum ultimum commiſſionem eventualem ad exequendum, Regimini Onold. demandatam, continebat.

V.) *Subvaſalli Wallenfelſenſes* in pagis Steinbach, Klein-Haſzlach, Petersdorf et Rekersdorf, familiis nobilibus Norimb. Welſerorum et Pfinzingorum clientelae iure obſtricti, ſuffragante Ser. Princ. Onoldino et curia feudali Wallenfelſiorum, iurisdictioni Norimberg. et ſolutioni ſteurarum etc. illicito conatu ſe ſubducere, atque An. 1691. Iudicium imp. Aulicum adire, ibique praetenſam quidem, ſed fictam collectarum immunitatem evincere non erubeſcebant. Fundamenta, quibus ius collectandi Norimberg. tam

tam in genere, quam in ſpecie, ratione ſubvaſallorum Wallenfelſenſium, nititur, pluribus docet deductio iſta, quae ſub titulo: Species facti, *in Sachen der zu Steinbach, Klein-Haſslach, Peters- und Rekersdorf* (*ſogenannten*) *Wallenfelſiſchen Afterleben*, contra *den Magiſtrat zu Nürnberg*, in lucem prodiit. Laudatum itaque archidicaſterium, praevia cauſae cognitione, non ſolum ſubvaſallis Wallenfelſ. per concluſum ſub 13 Maii 1710. publicatum et litteras patentes d. 12 Decembr. e. a. praeſtationem obedientiae atque ſteurarum, tam reſiduarum quam futurarum, ſub poena 100 marcarum auri puri, iniunxit, ſed etiam Seren. Principi Onold. per Reſcriptum dehortatorium de 12 Decembr. d. a. ulteriorem defenſionem refractariorum et inhibitionem praeſtationis atque exactionis ſteurarum et reliquorum onerum ſerio interdixit.

VI.) *Sereniſſima Domus Brandenburgica Onoldina et Baruthina* coniunctis viribus ius collectandi Norimb. An. 1698. ſub praetextu nexus feudalis invaſit et milites ab Inclyto Magiſtratu Nor. in ſubditorum ſuorum, feuda Brandenburgica inhabitantium, aedibus collocatos non ſolum comprehendere et in cuſtodiam dare iuſſit, ſed et ſubditos ipſos ſub comminatione incarcerationis prohibuit, quo minus illis victum praeberent nec inpoſterum reip. Nor. collectas amplius perſolverent.

Praeterea Brandenburgici Norimbergae exercitium iuris Quartierii denegabant, et per modum ſub- et obreptionis a Iudicio Imp. Camerali Mandatum impetrabant. Norimberga vero Brandenburgicos praeveniebat et inſtituta in archidicaſterio Imp. aulico querela attentatorum et turbationum, poſt cauſae cognitionem caſſationem mandati cameralis obtinebat, ſub 28. Maii 1698. ſequenti modo: 1) *Fiant petita mandata Inhibitorium, Caſſatorium de non turbando nec offendendo, ſed via iuris procedendo ſine clauſula, ſub poena 20. marcar. auri.* 2) *Fiat citatio ad videndum ſe incidiſſe in poenam privilegio inſertam ſub termino 2. menſium.*

Lite deinde in iudicio aulico continuata, Norimberga in poſſeſſorio victoriam reportavit. Pars adverſa quidem per Concluſum de 16. Nov. 1703. a poena privilegiis inſerta abſolvebatur, concluſum vero d. 30. Sept. 1704. privilegia Nor. ratione iuris ſteu-

randi

randi conceſſa ſequentibus verbis firmabat: *Daſs man es bey dem Inhalt der Nürnbergiſch. Steuerprivilegiorum bewenden laſſe, mit Erinnerung, gegen ſelbige nichts thätliches vorzunehmen.*

Quo facto Brandenburgici quidem remedium reviſionis interponebant, per ſententiam autem, quae ſ. 3. Oct. 1707. dicebatur et ſequentia verba continebat: *Daſs die gravamina unerheblich, dannenhero es bey der den 16. Nov. 1703. ergangenen Paritori-Urtheil verbleibe*, paritoria iamiam decreta, denegato reviſorio, confirmabatur, et per litteras Caeſ. patentes, d. 13. Dec. 1703. vaſallis Brandenburgicis et emphyteutis Nor. in pagis Kalchreuth, Lohe et Dennenlohe praeſtatio collectarum atque obedientia erga remp. Nor. ſignificantes ſub poena decem marcarum auri imperabatur.

VII.) Sub initium huius ſeculi IOANNES BARTELS, pharmacopoeus et ſubditus Norimb. in vico *Fürth* prope Norimbergam degens, refragabatur exactioni *der Nachſteuer*, quam tres eius filiae a bonis maritis alienae iurisdictioni ſubiectis illatis praeſtare debuiſſent, et ſub 8. Febr. An. 1700. reſcriptum Caeſ. inhibitorium contra Inclyt. Magiſtratum Nor. impetrabat. Hoc vero paullo poſt, ſcil. ſub 24. Dec. d. a. caſſabatur et ſub 3. Sept. 1703. ſequens ſententia contra Bartels ſub comminatione executionis et condemnatione in expenſas ferebatur, eiusque praetenſa quidem, aſt omnibus fundamentis deſtituta, immunitas a collectis, *der Nachſteuer* aliisque praeſtationibus, explodebatur:

*Lunae 3. Sept. 1703.*

*Bartels c Nürnberg, Reſcripti. Fiat ſententia, daſs impetrantiſcher Bartels mit ſeinem unfundirten Immunitäts-Geſuch von der Steuer, Abzug-Geld und andern praeſtationibus ab- und dahin zu weiſen, die ihm zuſtehende Steuern und daraus flieſende praeſtationes dem Herkommen nach dem impetratiſchen Magiſtrat ſowol de praeterito, quam futuro, unweigerlich binnen 2. Monat bey Vermeidung der Execution zu entrichten, cum condemnatione in expenſas, ſalvo iudiciali moderamine.*

*Franz Wilderich v. Menſshengen.*

VIII.) Pendente hac lite *ſubditi Norimberg. Fürthenſes*, ſubfeudis Bambergenſibus inveſtiti, immunitatem a collectis ſomniantes, provocando ad privilegia ſimulata Caeſarea antiquitus data, intercedente Rever. Epiſcopo, Praepoſito, Decano, Seniore et univerſo Capitulo Bambergenſi An. 1701. iudicium Imp. aulicum aggreſſi ſunt atque liberationem a praeſtatione collectarum enixe petierunt. Denegatis autem ſupplicantium precibus, illis contra ſub comminatione ulteriorum rigoroſarum diſpoſitionum per Concl. d. d. 18. Iul. 1701. ſerio iniungebatur, ut, ſub praetextu motae litis ſolutioni collectarum et reliquarum praeſtationum hactenus conſuetarum neutiquam ſe ſubducant, ſed potius illas etiam inpoſterum rite exhibeant, et exitum litis exſpectent.

Nihilominus tamen Fürthenſes, ſubſidio Bambergenſi freti, magis magisque obſtrepebant; quare ad inſtantiam Perilluſtr. Senat. Nor. Iudicium Imper. Aulicum, inhaerendo decretis prioribus de 18. Iul. 17. Aug. et 12. Nov. 1701., non ſolum reluctantibus ſubditis, ſ. 16. Apr. 1710. denuo ſolutionem ſteurarum et reliquorum onerum unacum praeſtatione obedientiae imperavit, ſed etiam ſub eod. die per reſcriptum ad Rev. Epiſcop. Bamberg. exaratum, quamcunque turbationem in poſſeſſione vel quaſi iuris collectandi et inhoſpitandi reip. Nor. competentis, inhibuit.

Quoniam Fürthenſes etiamnum contumaciter reſiſtebant, priores conſtitutiones Caeſar. de 20. Iun. et 1. Apr. 1710. reiterabantur, ſimulque mediantibus litteris patentibus, typis impreſſis, renitentibus praeſtatio ſteurarum atque obedientia ſerio iniungebatur.

Ob non praeſtitam autem paritionem, ſed potius commiſſa nova attentata et continuatas hactenus turbationes Inclyt. Magiſtr. Nor. ſub 13. Aug. 1716. pro clementiſſime decernendo Reſcripto Caſ. ad Regimen Bamberg. et decreto poenali ad Praepoſitum Capituli Bamberg. ut et mandato arctiori ad ſingulos ſubditos denuo ſupplicabat, atque ſub eodem die utrumque obtinebat.

Tandem d. 23. Dec. 1717. Incl. Magiſtr. Nor. nova attentata et turbationes, contraventionem ſententiarum Caeſar. inferentes iterum accuſabat, et pro clem. decernendo mandato reſtitutorio de relaxandis captivis, inhibitorio de non offendendo nec amplius turbando

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

bando aut moleſtando S. C. nec non citatione ad videndum declarari ſe incidiſſe in poenam privilegio Caeſar. inſertam, excitatione fiſcalis Caeſ. atque extendendo petito mandato ad nova facta, ut et decernenda executione mandatorum adverſus ſubditos moroſos et rebelles.

Per concluſum eod. die emanatum itaque ſanciebatur:

1) *Fiat petita citatio ad videndum ſe incidiſſe in poenam privilegio inſertam gegen den Domprobſt zu Bamberg, Heinrich, Freyherrn von Guttenberg.*

2) *Fiat mandatum contra eundem und deſſen Amts-Verweſern Bonalino wie auch Gerichtſchreibern N. N. reſtitutorium de relaxandis captivis, reſtituendis ablatis, reſarciendis damnis ex turbatione iuris collectandi et inhoſpitandi illatis, ut et inhibitorium de non amplius turbando nec moleſtando aut offendendo, non contraveniendo rebus iudicatis, nec ſeducendis aut abſtrahendis ſubditis ab obedientia Magiſtratui debita, cum poena* 10. *marcarum auri et praeſtanda deſuper ſufficienti cautione cum citatione ſolita et extenſione ad nova facta.*

3) *Communicetur des Magiſtrats zu Nürnberg exhibitum de pr.* 7. *hui. Fiſcali zu Beobachtuug ſeines Amts gegen den Amtsverweſer Bonalino.*

4) *Renovetur das Gehorſams-Patent an die moroſos collectandos zu Fürth ſub clauſulis prioribus, mit dem weitern Anhang, daſs ſie von niemand, wer der auch ſeye, von ihrer Gebühr gegen ihre Obrigkeit ſich irre machen laſſen, ſondern denen vorigen an ſie ergangenen ſcharfen Verordnungen alſogleich und ohngeſäumt nachleben, mithin nicht Urſache geben, daſs gegen die Renitirende mit ſcharfer Execution verfahren werde.*

Mandatum vero Caeſ. poenale S. C. eod. die datum ſequentia continebat verba: *Wann wir nun dieſes euer, (der renitirenden Nürnbergiſch. Afterlehenleuthe und Hinterſaſſen zu Fürth) ferner-*

*nerweites und dem allerhöchſten Reſpect Kaiſerl. Urthel und Verordnungen auch euern der Stadt geleiſteten Pflichten und klaren Innhalt derſelben Steuer-Privilegii zuwiderlaufendes widerſezliches und an ſich höchſt-verbottenes ſtrafmäſige Verfahren, mit abermalig ungnädigſtem Miſsfallen vernommen und dahero demſelben alles Ernſtes entgegengegangen, dermaleinſt abgeſtellet und den ſupplicirenden Magiſtrat bey dem Genuſs obgedacht ihres über euch hergebrachten und durch Urthel und Recht confirmirten beſtättigten Beſteuerung- und Bequartierungs-Rechts gänzlich gelaſſen und manutenirt wiſſen wollen; Als gelanget Unſer anderweiter und ernſtl. Befehl an euch bemeldte Bambergiſche und respective Nürnbergiſche Afterlehenleuthe und Hinterſaſſen zu beſagtem Fürth in kraft dieſes, daſs ihr, in Conformität der bereits unterm 18 Iul. und 17. Aug. 1701, 16. April 1710. ergangenen Decretorum und inſonderheit obberührter kayſerl. Urtheln vom 20. Iun. 1710. auch darauf am 1. April 1711. erlaſſenen auch von Uns am 13. Aug. 1716. wiederholten kayſerl. Gehorſams-Patenten euch bezeiget, eure darwider biſsher an Tag gelegte aufrühreriſche Widerſezlichkeit und Ungehorſam in das künftige, bey Vermeidung der in ſolchen Decretis und Gehorſams-Patenten enthaltenen Strafen deren respective fünf und hundert Mark löthigen Golds, und fernerer unausbleiblichen Leib- und Lebensſtraf, auch Verluſt eurer innhabenden Güter, unterlaſſet, an den Magiſtrat Unſerer und des heil. Reichs Stadt Nürnberg die von euch bisher ruckſtändige Quartiers- und Steuer-Onera willig abtraget, euch auch davon weder durch Lehenherrliche Pflicht oder andere inhibitiones, von niemand, wer der auch ſeyn mag, abhalten oder irre machen laſſet, ſondern ihm Magiſtrat als eurer vorgeſezten Obrigkeit, den ſchuldigen Gehorſam, gleichwie es getreuen Ruhe- und Friedenliebenden-Unterthanen gebühret, in allen Stücken erweiſet und bezeiget, mithin nicht Urſache gebet, gegen die renitirende mit ſcharfer Execution und*

*Vollzie-*

*Vollziehung der obangeführten Strafen verfahren zu laſſen. Wornach ihr euch insgeſammt etc.*

Sequenti anno 1718. pars adverſa Bamberg. documentum quidem paritionis loco unacum reſervatione in Aula exhibuit, ſed per Concluſ. de 12 April. e. a. reſolutum fuit: *Der ungenugſamen Paritions-Anzeige ungehindert fiat paritoria plena cum comminatione realis executionis.*

Subditi itaque Fürthenſes et ſubvaſalli Bambergenſes ad praeſtationem collectarum per iudicata Caeſarea obſtricti, nolentes, volentes adhuc hodie reipubl. Norimberg. illas ſolvere tenentur.

IX.) An. 1720. *Praefecturae Brandenburgico-Onoldinae Stauf et Roth* illicite conabantur ſubditorum Norimb. domicilium in illis habentium fundis, qui *vvalzende Stücke* vocantur, ut et opificia tractantibus ſteuras antea nunquam uſitatas imponere, illasque, adhibitis remediis executivis, et coniectis in vincula recuſantibus, extorquere. Cum vero hoc modo ius collectandi Norimb. de quo An. 1536. Onoldi inter Principem Sereniſſ. et rempubl. Norimb. coram collatum fuit, et conventio: *Daſs uf Eins Raths Geſandten gethanenen Bericht, durch die Herren Unterhändler dahin gethaidingt und abgeredet ſeye, dieweil ſolch Stück im Geben und Nehmen ſtehet, alſo daſs heut ein Nürnbergiſcher von einem Marggräfiſchen, morgen ein Marggräfiſcher von einem Nürnbergiſchen etwas kauft, und alſo zu- und von gehet, es damit zu beeden Theilen nachbarlich und ungefährlich gehalten werden ſolle*, quam maxime infringeretur, Perilluſtris Senatus Norimbergenſis a iudicio imp. aulico ſub 29 Novembr. d. a. Mandatum caſſatorium, reſtitutorium et inhibitorium de non turbando nec offendendo, ſed via iuris procedendo S. Cl. ſub poena 5. marcarum auri puri, annexa citatione ſolita, impetrabat.

Sub 30 Maii 1721. dictum Mandatum etiam ad reliqua feuda et *vvalzende Stücke*, ut et cunctas perſonas reipubl. Norimbergenſi ſubiectas extendebatur.

Pars impetrata quidem exhibebat exceptiones ſub- et obreptionis et ſupplicabat pro caſſando mandato remittendoque ad forum auſtregarum, ſed reiectis iſtis exceptionibus et denegato ulteriori petito, ſub 16 Iul. 1722. paritoria hiſce verbis decernebatur: *In Strittſachen ſich verhaltend zwiſchen N. N. Burgermeiſter und Rath der Kayſerl. und des heil Reichs Stadt Nürnberg Klägern und Impetranten eines- entgegen und wider den Herrn Marggrafen zu Brandenburg- Onolzbach, dann Dero Beamte und Caſtner zu Roth und Stauff, und Impetraten, andern Theils, Mandati Caſſatorii, Reſtitutorii et Inhibitorii de non turbando nec offendendo, ſed via iuris procedendo poenalis S. C. die anmaſsliche Beſteuerung der walzenden Stücke und Handwerker betreffend, wird das Impetratiſche Begehren in puncto declarationis poenae et arctiorum hiermit der Zeit abgeſchlagen, ſondern dem Herrn Impetraten und Conſorten zeit zweyer Monaten von Amtswegen angeſezt, glaubliche Anzeig und Beweiſs zu thun, daſs gedachtem ausgegangen- verkündt- und reproducirten Kaiſerl. Mandato des darwider beſchehenen und hiemit verworfenen Einwendens ungehindert, ein völliges Genügen beſchehen ſeye, mit der ausdrücklichen Warnung, daſs in Verbleibung deſſen, Impetratiſcher Theil iezt, als dann, und dann, als iezt, in die Poen obgedachtem Kayſerl. Mandato einverleibt, erkläret, auch der Real- Execution halben und ſonſten auf ferner ordentliches Anruffen der Impetranten, ergehen ſolle, was Rechtens iſt. Signatum Preſsburg unter Ihrer Kayſerl. Maieſtät hervorgedrukten Secret- Innſiegel, den 16. Jul. An. 1722.*

Brevi poſt Onoldini pro ſuſpendenda ordinatione Caeſarea, ut et ſiſtenda expeditione Paritoriae ſupplicabant, ſub 4. Decembr. d. a. 1722. autem ſequens emanabat Concluſum Caeſareum: *Hat das vom Impetratiſchen Theil nach bereits ergangener Paritoria, ohne Vorkehrung eines in denen Reichs- Conſtitutionen enthaltenen ordentlichen remedii gethanene Begehren pro ſuſpendenda ſententia nicht ſtatt.* Vid. Hiſtor. Nor. Dipl. p. 988.

Tan-

Tandem Inclytus Magiſtratus Nor. dicto Archidicaſterio indicabat nondum ſecutam eſſe paritionem, ſimulque pro praevia condemnatione in poenam mandato inſertam clementiſſime decernendo Reſcripto de exequendo ſupplicabat et ſub 17. Decembr. 1723. ſequens Concluſum obtinebat: *Cum incluſione Decreti Mandati et Paritoriae in copia fiat Commiſſio an den Herrn Churfürſten zu Maynz, als Biſchoffen zu Bamberg und Herrn Herzogen zu Sachſen-Gotha, auctoritate Caeſarea parti impetratae einen nochmaligen terminum duorum menſium ad parendum anzuſezen, in Entſtehung deſſen aber die ergangene Urthel ſamt der in Mandato enthaltenen Straf, als darein pars Impetrata hiemit eventualiter condemnirt wird, zu exequiren, und, wie ein und anders geſchehen, an Ihro Maieſt. zu berichten.*

X.) Illuſtris *Ordo Equeſtris Franconicus Orts Gebürg* iam ſeculo ſuperiori collectas a praediis illi incorporatis in pagis Heroldsberg, Neunhof et Winterſtein ex capite praetenſi privilegii ſibi privative vindicabat; cui tamen Illuſtris Magiſtratus Nor. contradicebat. Lis deſuper ad Iudicium Imper. Aulicum devoluta tandem An. 1747. d. 10. Oct. ita decidebatur, ut ius collectandi in dimidia parte pagi Heroldsberg, Neunhof et Winterſtein, quoad poſſeſſorium ordini Equeſtri adiudicaretur, reip. vero Nor. ſalvo tamen petitorio, reſtitutio exactarum collectarum cum omni cauſa iniungeretur. An. demum 1777. controverſia haec longaeva amicabiliter ita componebatur, ut reſpublica Nor. perſoluta certa pecuniae ſumma pro collectis antea perceptis, petitorio plane renunciaverit, atque Illuſtri Ordini Equeſtri ius collectandi in dimidia parte pagorum Heroldsberg, Neunhof et Winterſtein penitus ceſſerit; hic autem, abſtrahendo ab ulteriore reſtitutione collectarum ſupra memoratarum, ſteuras, quas ſubditi Iacobi Geuderi reipubl. Nor. hactenus praeſtabant, et pars adverſa ſub praetextu avulſorum pariter ſibi debuiſſe, contendebat, omnibus poſtulationibus tam in poſſeſſorio, quam in petitorio formandis, ſimiliter renunciaverit.

XI.) Poſtquam An. 1656. Ioh. Andr. Hallerus, Patricius Nor. ius civitatis patriae reſignaverat et ſedem in terris Palatinis, Ambergae collocaverat, dimidia pars ſubditorum in pago *Kalchreuth*

 degen-

degentium, quibus ille a curia feudali Baruthina inveſtitus fuerat, a ſolutione collectarum reip. Nor. iam An. 1489. praeſtita ſe abdicabat. An. 1670. poſt obitum Iohannis Sigismundi Halleri altera pars dictorum ſubditorum in manus Hallerorum Ambergenſium veniebat. An. 1779. vero, poſt obitum Chriſt. Ludovici Halleri iterum ad agnatos iſtius, cives Nor. devolvebantur, ideoque ad earum praeſtationem, vi privil. Caeſar. ſupra allegatorum obſtringebantur. Sed Brandenburgici id minime concedebant et non ſolum exactionem ſteurarum graviter prohibebant, ſed etiam milites Nor. ad exequendum miſſos vi depellebant. Inclytus Magiſtr. Nor. ergo neceſſitate coactus, attentata Brandenburgica ad Iudic. Imper. Aulicum detulit. Lis quidem ſub ſummo Imperii iudice etiam nunc verſatur, iuſtitia vero cauſſae reip. Nor. et aequitas pervulgata laudati archidicaſterii omnem tollit metum eventus iuribus patriis nocivi; ſperandum potius, ius collectandi Nor. tam in genere quam in ſpecie quoad exactionem ſteurarum a feudis exteris quidem, ſed in poſſeſſione civium Nor. conſtitutis, privilegiis Caeſ. clementiſſimis munitum et hac occaſione tectum ſartumque ſervatum et adverſus quascumque turbationes ulteriores in tuto collocatum iri. Tandem

XII.) An. 1786. cives atque ſubditi Nor praeſtationem quidem collectarum ab Inclyto Magiſtr. ad ſublevandum vires aerarii publici admodum enervati extra ordinem imperatarum recuſabant, litteris vero Caeſar. patentibus paullo poſt, ſub 14. Dec. d. a. emanatis obediebant et anno ſequenti illas penſitabant.

Haec de materia collectarum admodum diffuſa diſſeruiſſe ſufficiant. Claudam itaque rivos, Deo Ter Opt. Max. pro ſuo quod mihi in hoc negotio praeſtitit auxilio gratias, quas mens poteſt concipere, maximas perſolvens.

Abs Te vero, Benevole Lector, enixe rogo, velis incongrua, omiſſa et ſuperflue dicta humanae fragilitati, temporis velocitati, materiae prolixitati, multisque, quibus circumſeptus ſum, negotiis, tribuere, et aequo ac benigno animo ſufferre, referre, efferre.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

VARIA DOCTRINA
AC MVLTIS IN PATRIAM MERITIS
ORNATISSIMO
SVMMISQVE THEMIDIS HONORIBVS
DIGNISSIMO

# BENEDICTO GVILIELMO ZAHN

REIPVBLICAE NORICAE SYNDICO
ATQVE A COMMENTARIIS TRIBVTORVM
PROVINCIALIVM

S. P. D.

## D. IOANNES CONRADVS NEGELEIN

SYNDICVS AC CVRIAE PROVINCIALIS
A SECRETIS.

Quamquam multa ſunt et uaria, VIR PRAENOBILISSIME, ex quibus, quam dignus ſis iis, quos petebas, honoribus ſatis appareat: ſufficit tamen iam unicum hoc eruditionis Tuae exquiſitae documentum publicum, quo non ſolum petitionem hanc Tuam iuſtiſſimam, ſed et cognitionem Tuam ad munus, quo fungeris, rite adminiſtrandum neceſſariam, latiſſime patentem eſſe commonſtras. Quo melius igitur hac quoque ratione de patria noſtra cariſſima mereris, dum locum quendam regiminis Norici maioris certe momenti pertractas; eo magis Tibi omnes ac praeſertim noſtrates applaudent, Tibique de praeclaro hoc opere ſimulque de ampliſſimis inde ad Te redundantibus praemiis gratulabuntur. Inter quos haud poſtremum me eſſe et publica hac gaudii ſignificatione profiteor et

ipſe

ipſe eris perſuaſus, quum per plures iam annos arctiſſimae amicitiae vinculum atque etiam munerum in eodem collegio Illuſtri ratio nos coniungat. Praeterea ſubit mentem meam recordatio temporis illius, quo non niſi beneuolentia Tua erga me inſigni adiutus, finem meum exoptatum feliciter conſecutus atque hanc ob cauſam ita Tibi obſtrictus ſum, ut ingratiſſimus viderer, ſi laetiſſimam hanc occaſionem, quantum Tibi debeam, quantum Te venerer, quantumque Tibi cupiam et de bonis Tuis gaudeam, oſtendendi, praeterirem. Accipe igitur, VIR CONSVLTISSIME, vota, quae animo foueo, integerrima. Dignitas Tua iam ſatis conſpicua ſemper recentibus iisque maioribus meritis augeatur, ea autem nouis quoque laudibus praemiisque decorentur. Numquam deficiant Te felicitatis proſperitatisque omnis fontes uberrimi et quemadmodum ſecunda fortuna aequabilique omni tempore fruaris; ita et virium Tuarum firmitas diutiſſime conſeruetur inconcuſſa, Familiaeque Tuae Ornatiſſimae flos maneat perennis. Valeas meque, Tibi numquam non deditiſſimum Tuique ſtudioſiſſimum, in poſterum quoque fauore atque amore Tuo proſequare. Dabam Norimbergae die 21 Iunii A. S. R. MDCCLXXXX.



## CORRIGENDA.

pag. 3. §. 1. linea 1. lege loco ordlnariarum ordinariarum
— 4. lin. 20. addatur notae e) f)
ibid. lin. 25. deleatur f) et ponatur g)
pag. 5. lin. 9. deleatur g) et ſubſtituatur h)
— 16. lin. ult. lege loco diremtam iri, diremtum iri
— 51. lin. 21. — — Norimbergenſi. Norimbergenſis.
— 56. lin. 9. — — cnm, cum
— 60. lin. 22 — — Senectus, Senatus
— 65. lin. 6. deleatnr: et
— 70. lin. 7 lege loco artificum, artificum
— 72. lin. 10. — — *unrichtiger Loſung — Rechnung, unrichtiger Loſung, Rechnung*
— 74. lin. 15. — — officialibus, officialibus
— 77. lin. 15. — — pharmamacopolae, pharmacopolae
ibid. lin. penult. — — paecuniae, pecuniae
pag. 79. lin. 30. — — deflniunt, definiunt
— 93 lin. 6. — — civibus, ſubditis
— 100. § L. lin 2. — — intermittunt, intermittant
— 105. lin. antepenult. — — *aus Handen geben, aus Handen gehen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

ULB Halle 3
003 331 415

TA-0C

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13

1790, 2
25
932

ENEDICTI GVILIELMI ZAHNII
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
LLVSTRIS REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS SYNDICI
ET PRAETORII CENSVALIS REGISTRATORIS

# COMMENTATIO IVRIS PVBLICI
DE
# RE COLLECTANDI
IN GENERE
SPECIATIM VERO
DE
# IVRE COLLECTANDI
EIPVBLICAE NORIMBERGENSIS.

ALTORFII
TYPIS IOANNIS PAVLLI MEYERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-14134606X-13